



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Commvni,
Excommunicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Sectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

Alia interdicti diuisiones proponuntur.

SECTIO I.

Quorum Sacramentorum usus per interdictum prohibeatur.

37
Diuisio in
totale, &
partiale.
Nauarr.

Quarta diuisio interdicti addi potest in totale, & partiale: totale uoco illud, quod simpliciter fertur quoad omnes effectus interdicti, quale erit, quoties interdictum in locum, seu personam profertur absolute, & sine vlla determinatione; vt notauit Nauarr. in Summa, cap. 27. n. 170. Partiale autem erit, quando solum fertur quoad vnum, vel alium effectum, quale erit, quoties verba iuris, vel sententia ita illud limitauerint, vt si dicant: *Ab ingressu Ecclesie*, iuxta cap. *Is qui*, de Sent. excom. vel si tantum priuet Ecclesiastica sepultura, argumento cap. 2. de Tormentis; & idem est in similibus; vt notauit Couarr. referens alios in c. *Alma*, p. 2. §. 1. n. 3. circa finem. Quae diuisio, & doctrina est conformis illi, qua supra de suspensione tradidimus, & iuxta illam est proportionaliter intelligenda: id est non oportet hic plura addere, sed ex his, quae de effectibus, dicemus, res tota exacte constabit.

38
Quinto diuisio interdictum in iure, & ab homine.

Quinta diuisio interdicti erit, quia aliud est à iure, aliud ab homine, quae per se nota est, nam ab homine quoties fertur in quibus autem casibus fertur à iure, infra videbimus. Solum ergo hic applicanda sunt supra dicta de censuris in communi; & quae infra dicemus de causis interdicti.

39
Vltimo in interdictum latum per modum censuræ, & tamquam pura poena.

Sexto, & vltimo diuidi potest interdictum in illud, quod per modum censuræ fertur propter contumaciam: & quod fertur tanquam pura poena. Cuius diuisionis sensus constat ex dictis in simili de suspensione, & ex doctrina de censuris in communi. Res autem magis in particulari constabit ex his, quae dicemus de causis, & de relaxatione interdicti.

DISPUTATIO XXXIII.

De primo effectu interdicti, qui est Sacramentorum priuatio.

R

RIVIS QUAM DE CAUSIS interdicti dicamus, visum est dicere de effectibus: quoniam & ad intelligendam exactius rationem interdicti, & ad faciliorem causarum cognitionem hæc disputatio confert. Omnes autem effectus interdicti ad tria capita reuocantur: quæ sunt, priuatio actiua, & passiuæ quorundam Sacramentorum: priuatio actiua, & passiuæ diuinorum officiorum; & similis priuatio Ecclesiastica sepultura. Atque hi tres effectus communes sunt proportionaliter omni interdicto, tam locali, quam personali, & vtrique tam generali, quam particulari. Et hæc intelliguntur per interditionem diuinorum, quando sub hac forma fertur interdictum, vt colligitur ex cap. *Ex rescripto*, de Iureiurando. Et in particulari explicatur in aliis iuribus, quæ infra referemus expresse: tamen habentur hi effectus in cap. *Si ciuitas*, & cap. *Si sententia* & cap. *Alma mater*, de Sent. excomm. in 6. Hos ergo tres effectus sigillatim explicabimus, eosque ad singula interdicta applicabimus. Solet autem addi quartus effectus, qui est prohibitio ab ingressu Ecclesie, de quo peculiariter videbimus, an sit effectus communis omni interdicto, an potius constituat peculiare interdictum.

Fr. Suarez tom. 5.

R

Actio dubitandi esse potest, quia in dicto cap. *Si sententia*, absolute dicitur, personas interdictas non debere Ecclesiastica accipere Sacramenta. Quæ absoluta propositio æquualet vniuersali: nulla ergo Sacramenta debent recipere, sed omnia sunt illis interdicta. Dicendum verò est, hanc prohibitionem implicite continere conditionem, seu limitationem, scilicet nisi in casibus, aut Sacramentis à iure exceptis. Ita declaratur in c. *Alma mater*, de Sent. excomm. ibi: *Ceteris casibus, & Sacramentis exceptis*. Et quamuis loquatur de interdicto locali, tamen eadem proportionali ratione in ceteris procedit. Et hæc est communis sententia Doctorum in hoc loco, & Theologorum, & Summistarum, quos re clara referre non est necesse. Videndum ergo superest, quæ Sacramenta permittantur; nam cetera erunt prohibita.

De Baptismo.

Primo ergo excipitur Baptismus, qui interdicto prohibetur, quia est necessarium ad salutem. Et quidem de personali interdicto, & quantum ad susceptionem huius Sacramenti id non oportuit iure caueri; quia ante Baptismum susceptum nulla persona est capax interdicti, quia non est capax censuræ, vt supra suo loco diximus; & ideo non potuit Ecclesia interdicerè directe alicui personæ, ne Baptismum suscipiat: potuit tamen fidelibus prohibere, ne in tali loco Baptismum administrarent, vel etiam ipsis personis absolute interdicerè actiuam administrationem huius Sacramenti. Quod autem id non faciat per interdictum generale loci, constat ex cap. *Responso*, de Sententia excommunicat. & ex cap. *Non est verbum*, de Sponsalib. est tamen aduertendum, in illis locis specialiter excipi Baptismum paruulorum: per quod additum indicari videtur, Baptismum adultorum esse illo tempore interdictum. Verum tamen vel illa locutio non est sumenda tanquam restrictio, sed tanquam denominatio quædam Baptismi, qui veluti per antonomasiam ita vocatur, quia paruulis est maxime necessarius: aut certe illa restrictio ablata est in cap. *Quoniam*, de Sententia excomm. in 6. ibi: *Nedum pueris, sed adultis propter periculum moræ exhiberi potest licite tempore interdicti*. Nam licet adultus possit per Baptismum fluminis saluari, tamè Ecclesia noluit eius salutem in eo discrimine constitutere, vt contritio, vel amor Dei super omnia necessario illi habendus sit: neque etiam voluit vberiori fructu Sacramenti, quoad gratiæ argumentum, & plenam remissionem culpæ, & poenæ quæpiam priuare. Colligitur præterea ex dicto cap. *Quoniam*, Sacramentum hoc non solum priuatim, sed etiam solenniter ministrari posse in loco interdicto, tum quia non postulat accidentariam necessitatem, vt administrari possit: sed quouis tempore dari permittit propter intrinsecam causam, seu necessitatem, quæ est *moræ periculum*: quoties autem Baptismus conceditur extra articulum necessitatis, solennitas eius concessa intelligitur: imo hæc nunquam licite dimittitur, nisi ob accidentariam necessitatem. Tum etiam quia in illo textu supponitur, huiusmodi Baptismum dandum esse cum vñsione Christatis: hæc autem vñsio pertinet ad solennitatem Baptismi, & ex hac cerimonia alias licitas esse concludimus; quia non est maior ratio de vna, quam de alia: & quia illa vñsio non nisi in plena adhibetur solennitate. Quod etiam credimus iure antiquo, & con-

Ratio dabit.

Concluse.

Cap. Alma de Sent. excomm.

Baptismus potest interdici tempore solenniter ministrari.

Yy 2 muri

muni fuisse concessum : quando enim ius aliquid simpliciter concedit , & non limitat modum , aut formam , intelligitur illud concedere secundum communem , & usitatum ritum . Præsertim quia in hac materia , quando aliud vult , id exprimit , ut patet ex cap. Alma , de Sent. excom. in 6. Et hæc sententia communis est , ut videre licet in Syluestro , *Interdictum* , §. num. 9. Nauarro , cap. 27. num. 178. Couarruua in cap. Alma , part. 2. §. 2. num. 7. Atque hinc fit , ut ea , quæ sunt quasi præparatoria ad solennitatem Baptismi , etiam liceant , qualia sunt Catechismus : nam ordinatur ad convenientem dispositionem baptizati ; item benedictio fontis , seu aquæ , si facta non sit : licet oppositum censeat Couarruuias num. 6. cū Paludano in 4. dist. 7. quia benedictio fontis non est necessaria ad Baptismum . Dico tamen fati esse , quod ad solennitatem Baptismi spectat , ut aqua sit benedicta : probatur recte à simili ex dicto cap. *Quoniam* : ut paulo inferius videbimus . Crediderim tamen , huiusmodi solennitatem , & benedictionem , quatenus ad diuinum officium spectat , faciendam esse cum circumstantiis præscriptis in cap. Alma : de quibus postea .

Ad Baptismi solennitatem satis est quod aqua sit benedicta .

Per interdictum particulare loci non prohibetur administratio Baptismi in eo .

Hinc colligo , huius Sacramenti administrationem per se non prohiberi in loco interdicto , per interdictum particulare . Ita Calderinus tractat de Interdicto , & Couarruuias supra : & Burgafius de Sententia interdicti , numero 27. E ratio est , quia prædicta iura simpliciter excipiunt Baptismum . Verum est cap. *Responsio* , & cap. *Non est nobis* , speciatim loqui de interdicto generali Prouinciæ , aut ciuitatis : propter quod nonnulli Canonistæ tenuerunt hoc non esse extendendum ad interdictum particulare . Et fauet illis , quod ex interdicto particulari non oritur tanta necessitas administrandi hoc Sacramentum in loco interdicto , sicut ex generali ; quia per hæc omnia loca prohibentur : & ideo si querendus esset locus non interdictus , difficilis redderetur administratio talis Sacramenti : at vero quando interdictum est particulare , potest facile relicto illo loco , in alio non interdicto ministrari Sacramentum . Vnde etiam Couarruuias limitationem addit , nisi commode Sacramenta alibi ministrari possint . Nam tunc putat non licere Baptismum in Ecclesia specialiter interdicta ministrare . Quando ergo est moralis necessitas , certum est corollarium illatum à paritate rationis . Erit autem illa necessitas , si in populo non sit nisi vna Ecclesia , & illa sit interdicta ; vel si sint plures , si omnes sint particulariter interdictæ : nam solennis Baptismus in Ecclesia ministrandus est , & iuxta Clementinam viciniam de Baptismo . Addo vero , ex vi talis interdicti per se non prohiberi Baptismum in loco interdicto , tum quia si id licet in ea necessitate , non est propter exceptionem à generali prohibitione : nam hæc exceptio non est expressa in iure sub hac speciali ratione . Secundo autem iure , non esset illa sufficiens causa , ut id licite fieret , si esset generalis lex in contrarium : ergo ideo tunc licet , quia nulla est lex prohibens Baptismi administrationem per aliquod interdictum locale . Tum etiam quia in dicto cap. *Quoniam* , absolute dicitur , tempore interdicti licitum esse ministrare hoc Sacramentum , neque distinguit de interdicto particulari , aut generali : per quod ius explicanda sunt cætera : nam quoad hoc sub generali comprehendunt particulare , quia ita se habet ad suum obiectum , seu locum , sicut generale ad suum . Nec refert , quod tunc Baptismus absque magna difficultate posuit dari alibi : id enim non inducit obligationem , si alius locus non est prohibitus : nec cenfeo esse obligandum Parochum , cuius parochia interdicta est , ut ad baptizandum suum subditum eras ad aliam Ecclesiam , vel parochiam , etiam vicinam , cum sua quoad hunc effectum interdicta non sit . Dixi au-

Non tenetur Parochus , cuius parochia est

tem per se , quia si sequatur scandalum , ex eo quod id fiat in loco interdicto , cum fieri possit in non interdicto , tunc id non licebit : tamen ex alio capite , quod est per accidens : nec erit illa tunc violatio iurium , sed charitatis . Et ita sentit Syluester , *Interdictum* , §. quæst. 7. n. 9.

Secundo sequitur ex dictis , ministerium Baptismatis non esse simpliciter prohibitum ei , qui personaliter interdictus est : nam constat , in casu necessitatis posse ab eo fieri . Difficultas autem est , an hoc ministerium per se sit prohibitum ex vi interdicti personalis , solumque permittatur in casu necessitatis proximi ; an vero è contrario quia hoc Sacramentum ex se necessarium est : ideo absolute non prohibetur per interdictum personale : ideoque non debet persona interdicta baptizanda etiam solenniter , licet sint alij non interdicti , qui hoc ministerium præstare possint . De qua re pauca inuenio in prædicta à Doctōribus . Quidam autem generatim de censuris aiunt , hominem ligatum censura maioris , posse baptizari extra articulum necessitatis , in eo vero posse , non tamen solenniter , quia solennitas non est necessaria , & solum propter necessitatem conceditur : quod alias per censuram prohibitum est . Ad hoc autem citantur varij cæxus , qui velin specie loquuntur de excommunicatione , ut cap. vl. de Clerico excomm. ministr. & cap. penul. de Sent. excom. non potest autem ex effectu vnius censura inferri effectus alterius , cum in effectibus maxime differant . Vel certe iura , quæ loquuntur specialiter de interdicto , non loquuntur specialiter de Baptismo , sed generatim de usu diuinorum , vel celebratione , aut auditione diuinorum officiorum , ut patet ex cap. *Si sententia* , & cap. *Si ciuitas* , & cap. *Is cui* , de Sententia excommunicationis , in 6. cum similibus . Iam autem ostendimus , hanc verborum generalitatem esse intelligendam iuxta materiam subiectæ , & moderationem in alijs iuribus expressam : nam cum eadem amplitudine est ibi sermo de perceptione Sacramentorum , & de interdicto locali , in quibus certum est adhibendam esse exceptionem Baptismi : idem ergo erit de interdicto personali .

Propter hoc ergo videri potest probabile interdictum personale non habere hunc effectum interdicendi ministerium Sacramenti Baptismi . Possimusque ad hanc formam rationem redigere . Non habet plures effectus interdictum personale circa personam , quam habet locale circa locum : sed interdictum locale non prohibet Baptismum dari in loco interdicto : ergo interdictum personale non prohibet personam interdictam ministrare Baptismum . Maior probari potest ex citatis iuribus : nam generatim , & pariformiter loquuntur de effectibus , vtriusque interdicti , neque inuenitur aliquid ius , quod speciale aliquid statuat circa hoc de interdicto personali . Et addi potest congruentia ; quia sicut Baptismus propter necessitatem suam vbiq; dari potest , ita etiam à qualibet persona ex vi institutionis sue : & sicut ad decentiam , & reuerentiam eius spectat (licet non ad substantiam) ut in loco sacro detur , ita etiam quod à persona sacra ministretur : ergo sicut hac ratione non interdicitur locus sacer quoad ministerium Baptismatis , ita nec persona sacra quoad illius administrationem . Et declaratur proportio : nam interdicta generaliter terra , vel specialiter Ecclesia , potest ibi solenniter celebrari Baptismus , præsertim si supponamus ibi non esse aliam Ecclesiam : ergo interdicto generaliter Clero , vel specialiter hoc Clerico , vbi alius non est , nihilominus potest ibi solenniter dari Baptismus , quia est eadem ratio : & citatum cap. *Quoniam* , absolute dicitur tempore interdicti : ergo tunc ministrari poterit etiam solenniter à persona interdicta ; quia non est alia persona sacra , quæ id muneris præstare possit : ergo signum est id non fieri licitum propter necessitatem

Bapti-

Baptismi; quia hæc non sufficit, vt Baptismus, alias prohibitus solenniter detur: signum ergo est id esse licitum, quia perse, & ex vi talis interdicti non est prohibuit. Atq; hanc opinionem indicare videtur Syluest. verb. *Interdictum*, q. 2. cum enim dixisset, Clericum interdictum peccare, & violare censuram exercendo aliqueum actum ordinis, excipit ceremonias Baptismi, & Pœnitentiæ.

Syluest. Vera pœnitentiæ, & explicatio suæ pœnitentiæ.

6 Vt vero hæc sententia probabilis sit limitanda, est ad interdictum generale, cui aliquis causam non dedit, quod non immediate, ac per se, sed per quandam redundantiam, seu communicationem talem personam innocente interdicat, vt sumitur ex cap. *Si sententia*, de Sententia excommunicat. in 6. Et ideo quoad has personas optime procedit ratio, & proportio adducta inter locale, & personale interdictum. At vero quando persona est specialiter interdicta, vel directe, vel virtute: quia causam dedit interdicto generali, siue personali, siue locali: tunc aliter sentiendum censetur: nam ratio facta cessat, & alia iura non fauent, sed potius obstat, vt melius in sequenti puncto explicabo: nam quoad hoc eadem est ratio de Confirmatione, & de Baptismo solenniter dato. Dicendum ergo censetur, personam interdictam tantum generaliter, & absque culpa propria, posse ministrare Baptismum solenniter, quia non solum ratione necessitatis licet illi ministrare hoc Sacramentum, & quia absolute non est illi prohibitum. Persona autem specialiter interdicta solum ob necessitatem hoc facere potest; & ideo non solenniter, sed priuatim tantum hoc ei licet. Neque in hoc comparari debet persona cum loco specialiter interdicto, quia locus semper interdicatur ratione culpæ alterius; persona autem ob propriam, quando vel interdicatur per interdictum particulare, vel per generale, aut locale, cui causam dedit.

De Confirmatione, & Chrismate.

7 **D**E Confirmationis Sacramento idem dicendum est, quod de Baptismo; quia quoad hoc negotium facta sunt paria in cap. *Responsio*, de Sententia excommunicationis & habetur etiam in cap. *Quoniam*, eodem tit. in 6. Et in priori loco sermo est de interdicto generali loci, de quo propterea indubitatum est non habere hunc effectum in loco interdicto, neq; prohibere quominus in illo loco, & in qualibet parte eius, alias apta ad hoc ministerium, hoc Sacramentum administrari possit. Cuius ratio primaria voluntas est inflicte iuris: illum autem mouere potuit, quod Confirmatio est veluti complementum quoddam status Christiani hominis: cuius professio est Baptismus. Accedere etiam potuit, quod hi qui confirmantur, sunt paruuli, & innocentes; & ideo in eorum commodum merito potuit hic fauor ampliari, quamquam de facto non pro illis solis, sed etiam pro omnibus adultis hæc concessio facta sit, vt habetur in dict. cap. *Quoniam*. Vbi etiam pro ratione redditur; *mora periculum*: quia pro magno incommodo habitum est, vt vel infantes exponantur periculo moriendi sine fructu huius Sacramenti, vel adulti cogantur aliquandiu viuere sine auxilio, & ope illius: cum tamen illo maxime indigeant ad resistendum tentationibus, præsertim contra fidem. In eodem etiam cap. *Quoniam*, hoc non limitatur ad interdictum loci generale; sed simpliciter dicitur; *tempore interdicti*. Propter quod, & propter alia, quæ dixi supra de Baptismo, censetur etiam in Ecclesia specialiter interdicta posse hoc Sacramentum ministrari: quia hæc duo Sacramenta paria facta sunt in iure quoad hoc negotium. Vnde alia congruentia adducta de Baptismo hic applicari possunt.

8 Confirmatio

Atque hinc sequitur, Sacramentum hoc, etiam in loco interdicto detur, cum omni sua solennitate
Fr. Suarez tom. 5a

A dari posse, imo & debere: tum quia hoc sacramentum, cum non sit necessitatis, regulariter loquedo, non debet aliter administrari: tum etiam quia in iure simpliciter conceditur: & ita non licet per modum exceptionis à lege prohibente hunc actum in specie, sed per modum actus non prohibiti in tota sua specie. Est ergo hoc ministerium simpliciter concessum in omni loco secundum ceremoniam, & ritum communem, quo fieri solet in Ecclesia. Imo additur in dicto cap. *Quoniam*, ob eandem causam posse Christum confici in tali loco interdicto in die Cœnæ Domini: quia sicut Philosophia dicit: *Qui dat formam, dat & consequentiam ad formam*: ita ratio moralis docet, eum, qui aliquid concedit, etiam concedere ea quæ ad aliud necessaria sunt. Quod principium plane supponunt sæpe leges etiam ciuiles, vt videre licet in *l. Ad rem*, & *l. Ad legatum*, ff. de Procurator. Quia ergo Chrismas ab Episcopo confectum necessarium est ad Confirmationis Sacramentum præstandum, & iuxta morem Ecclesiæ tantum in die Cœnæ confici potest, & veteri Chrismate amplius non est vtdum: ideo concessio Confirmationis Sacramento, necesse fuit Chrismatis etiam confectioem concedi. Ad vero quoniam hæc confectio Chrismatis officium quoddam Ecclesiasticum, seu pars eius existit, dubitari potest, an dum fit, in loco interdicto, seruandæ sint illæ circumstantiæ, quæ de aliis officiis præscribuntur in iure: de qua re dicemus inferius agentes de diuinis officiis in loco interdicto prohibitis, vel concessis.

10 etiam in loco interdicto solenniter conferri potest, & debet.

Chrismas potest confici in loco interdicto in die Cœnæ Domini.

C iam vero hic occurrit quæstio de interdicto personali, an in illo etiam excipiendum sit hoc Sacramentum, ita vt per hanc censuram nõ prohibeatur personæ interdictæ vñs huius Sacramenti: & hic habet locum quæstio etiam de passio vñs, quia qui confirmandus est iam supponitur baptizatus, & consequenter capax censuræ, & prohibitionis. Dico ergo per interdictum generale personale neminem excludi à participatione huius Sacramenti, nisi qui causam interdicto dedit. Prior pars habetur in dict. cap. *Quoniam*, quod simpliciter dicit, *tempore interdicti*, non distinguens de interdicto ciuitatis, quoad terram, vel quoad populum. Alterius vero partis, seu exceptionis sensus est, eum, qui ligatur hoc interdicto, quia sua culpa causam illi dedit, nec posse se ingerere, nec admitti ad tale Sacramentum recipiendum, nisi prius vel satisfecerit; vel si hoc non possit, cautionem dederit saltem iuratoriam, si alia non possit. Quod in specie de hoc Sacramento non inuenio in iure expressum: tamen à fortiori sumitur ex cap. *Alma mater*, de Sententia excommunicationis, in 6. vbi de his, qui dederunt causam interdicto generali loci, dicitur non esse admittendos ad Pœnitentiæ Sacramentum, nisi satisfactione, aut cautione præmissa. Videtur autem necessaria, ac generalis regula, quos Ecclesiæ non admittit ad Pœnitentiæ Sacramentum propter censuram, vel indispositionem eorum (de baptizatis agimus) ad nullum aliud Sacramentum eos admittere: quia in huiusmodi homine pœnitentia est veluti preparatio, & dispositio ad alia Sacramenta: vnde qui est indignus, seu incapax in foro Ecclesiæ Sacramento Pœnitentiæ, à fortiori est incapax cuiuslibet alterius Sacramenti. Ergo in nostro casu qui sic dedit causam huic interdicto generali personali, nõ potest admitti ad Sacramentum Pœnitentiæ, nisi præmissa illa conditione: nam est eadem, vel maior ratio de hoc interdicto, ac de locali: quia est æque graue, & magis directe respicit personas. Item quia dictum cap. *Alma*, simpliciter loquitur, *tempore interdicti*, & prius solum excipit excommunicatos, & postea eos, qui dederunt causam interdicto. Certum ergo videtur, illam legem procedere etiam de interdicto generali personali: ergo ob aliud principium positum extendenda etiam est ad Sacramentum Confirmationis

Per interdictum personale nõ prohibetur receptio Confirmationis.

Regula generalis moralis.



tionis; quod scilicet personæ sic interdictæ, & culpæ admitti ad illud non debeant, siue id sit propter indignitatem, quam censetur habere, saltem in foro Ecclesiæ; siue quia ius voluit talem censuram in eis aliquid efficacius operari propter culpam eorum: quod probabilius videtur.

10
Interdictio specialis, & personalis ligatus non potest recipere Confirmationem, nec ad ipsam admitti.

Ex quo vterius concluditur, quoties aliquis interdictio speciali, & personali ligatus est, non posse admitti, neque ipsum posse licite recipere hoc Sacramentum, donec Ecclesiæ satisfaciatur, & per formam ab ea præscriptam admittatur. Ratio est clara ex dictis, quia nunquam aliquis specialiter interdictus, nisi propter propriam culpam, vel contumaciam: ergo si is, qui ligatur generali interdictio, cui ipse per propriam culpam causam dedit, recipere non potest hoc Sacramentum, nisi præmissa iuris forma: multo magis dicendum id est de specialiter interdictio. An vero necessarium sit præmitti absolutionem, seu relaxationem interdicti, vel sufficiat satisfactio, quæ in dicto capitulo, *Alma mater*, postulat, ita ut ipso facto censetur ablata prohibitio interdicti, saltem quoad hunc effectum, dicam infra tractando de relaxatione interdicti: interim videri possunt Glossa, & Doctores in capitulo, *Præsenti*, verbo, *Generaliter*, de Sententia excommunicationis in 6.

11 Tandem iuxta doctrinam datam intelligendam censo decisionem textus in capitulo, *Episcoporum*, de Privileg. in sexto, ubi in hoc pares fieri videntur excommunicati, & interdicti, quod ad Ecclesiastica Sacramenta non admittantur: nam si hoc fumendum est sine vlla exceptione, intelligendum est de interdictis personaliter; & specialiter, vel directe, vel saltem indirecte, & virtute. Estque hoc consentaneum illi textui, in quo sermo est de interdictio locali, & postea transfertur sermo ad personas interdictas, quæ in illo interdictio sunt, & illi causam dederunt: propter quod dicebamus supra, interdictum locale semper includere virtutem aliquod personale. Si quis autem velit de omnibus quomodo-cunque interdictis textum illum exponere, necessarium debet subintelligere conditionem, *Nisi in casibus à iure expressis*: iuxta ea, quæ in superioribus dicta sunt.

12
Ligatus generali interdictio, cui causam non dedit, solenniter esse recipere Confirmationem.

Iam vero superest dicendum de activa administratione huius Sacramenti, an prohibita sit personæ specialiter, vel generaliter interdictæ siue per proprium interdictum personale, siue per locale, cui causam dedit. Estque eadem questio de consecratione Chrismatis, eodemque modo definienda iuxta superius dicta. Igitur si persona tantum est interdicta generali interdictio, cui causam non dedit, idem de illa censendum est quoad hoc Sacramentum, quod de solenni administratione Baptismi, quia hæc duo Sacramenta æquiparata sunt in iure quoad hoc, ut comprehendantur, vel non comprehendantur in interdictio: & ideo quæ in simili puncto diximus de Baptismo, hic applicari possunt. At vero si persona sit interdicta specialiter, siue directe per proprium particulare interdictum, siue per generale, cui dedit causam, probabilissimum censo, non posse propter generalem prohibitionem administrandi diuina, quæ habetur in dicto capitulo, *Sententia*, & in capitulo, *Clerici*, & in capitulo, *Latores*, de Clerico excommunicato ministrante, in quibus interdicti etiam in hoc æquiparantur excommunicatis: quod etiam intelligendum videtur, ut supra exponebam, de interdictis ob propriam culpam: illi enim merito possunt excommunicatis comparari. Sicut ergo excommunicatis non licet Sacramentum Confirmationis ministrare, ita nec proprie, & specialiter interdictis. Præterea, quia licet velimus hic subiungere conditionem, *nisi in casibus à iure expressis*, non inuenimus talem exceptionem in iure factam vel formaliter, vel

A equiuallenter, sed potius oppositam. Quod non formaliter patet, quia nullum est ius, quod eis expresse concedat, vel talem exceptionem in proprijs terminis, vel in specie faciat. Non etiam æquiuallenter, quia in iure nunquam fit exceptio de interdictio personali particulari, neque etiam de interdictio generali, nec de quolibet locali respectu personarum que causam dederunt interdictio; sed solum respectu earum, quæ cum sint innocentes, quasi concomitantur comprehenduntur interdictio: vel de loco ipso, qui perinde se habere videntur: cum autem in his sit ratio longe dissimilis, non potest dici vna exceptio aliam per æquiuallentiam comprehendere. Denique quod oppositum potius in iure insinuetur, patet ex dictis de passiva receptione huius Sacramenti; quia per hanc censuram non minus interdictio administratio, quam receptio: sed in iure declaratum est, receptionem non esse licitam personis sic interdictis, ut ostendimus: ergo idem censendum est de activa administratione. Vnde cum Sacramentum hoc nec sit necessarium, nec possit nisi solenniter, & ex officio ministrari, simpliciter concludendum est, ministerium eius nunquam licere personis sic interdictis.

De Sacramento Pœnitentiæ.

C De hoc etiam Sacramento quantum ad receptionem eius expressa est in iure exceptio in capitulo, *Alma mater*, de Sententia excommunicationis in 6. Circa quod aduertendum est, ante illud caput non inueniri expressum in iure, hoc Sacramentum dari posse omnibus peccatoribus tempore interdicti absque speciali necessitate periculi mortis instantis: nam de illo casu id supponitur in cap. *Permittimus*, de Sententia excommunicationis, & cap. *Quod in te*, de Pœnitent. & remission. In dicto autem cap. *Alma mater*, declaratum, seu concessum est, ut cuiuslibet homini possit hoc Sacramentum tempore interdicti concedi; quia necessitas ipsius Sacramenti coniuncta cum periculo, & facilitate hominum ad peccandum, vix est ratio sufficiens ad hanc facultatem concedendam cum limitationibus, quæ ibidem adiunguntur, & statim exponuntur.

Secundo obseruandum est, licet in principio illius capituli videatur Romanus Pontifex tantum loci qui de interdictio generali loci; tamen postea in ipsa concessione absolute dicere. *Tempore interdicti*. Et ne quis existimet hoc verbum esse referendum ad initium capituli, & iuxta illud restringendum, postea in fine illius clausule adduntur hæc verba. *Vbi dicitur, vel locus alius, seu vniuersitas interdicti existunt*. In quibus tria interdicta continentur, scilicet interdictum locale, tam generale, quam particulare, & interdictum personale generale. In illis ergo omnibus licitum est Sacramentum Pœnitentiæ accipere, quando persona causam interdictio non dedit, aut alia censura non obstat, ut statim dicam. Et quidem de interdictio generali loci id habetur expresse in textu, de particulari vero etiam localitatem ex illa particula. *Vel locus alius*, tum ex paritate rationis, quando persona non magis fuit in culpa cur interdictum particulare poneretur, quam generale. Eademque ratio est de interdictio personali generali, quod in textu significatur per illam particulam, *Seu vniuersitas*.

Tertio obseruandæ sunt duæ limitationes, quæ in textu ponuntur. Prima, *Dum tamen excommunicati non fuerint, quos admittit, præterquam in mortis articulo, nolimus; ad eandem scilicet pœnitentiam*. Circa quam dubitari potest, an sit sermo de excommunicatis tantum propter causam interdicti, vel quocunque alio nomine. Quidam priori modo intelligunt, ut Syluester verbo, *Interdictum*, quinto numero

mero nono, & Tabiena numero sexto, & Armilla num. quadrages. quinto, & ratio esse potest, quia per se non est prohibitum excommunicatum absolueri quocumque tempore in foro penitentiae, absolueri illud prius ab excommunicatione; alioqui, neque in articulo mortis licitum erit excommunicatum absolueri à peccatis, non prius absolueri à censura. Alij vero censent verba illa intelligenda esse absolute de quacumque excommunicatione, ita vt textus ille prohibeat absolueri tempore interdicti à censura excommunicationis: & ideo etiam prohibeat excommunicatum à peccatis absolueri; quia verba textus absoluta sunt, & sine limitatione: & ideo non sunt sine cogentis ratione restringenda. Item, quia ad absolueri ab excommunicatione requiruntur aliqua caeremonia, quae inter diuina officia computantur iuxta capitul. *A nobis*, secundo, de Sententia excommunicationis. Verumtamen haec ratio licet habere possit locum in absolute solenni, quae in exteriori foro certis caeremoniis fit, tamen in absolute, quae in foro interiori fieri potest, non procedit: quia sine illis precibus, vel caeremoniis fieri potest, & eisdem fere verbis, quibus datur absolutio sacramentalis, dari potest. Vt autem excommunicato tribui possit penitentiae Sacramentum, sufficit absolutio excommunicationis illo posteriori modo data: ergo non est verisimile propter illam rationem prohiberi in illo textu, ne excommunicatus in foro penitentiae absolueretur, & à peccatis, & ab excommunicatione. Vnde Panormitanus in capitulo finali de Eccelsibus Praelatorum numero quinto, dicit non esse prohibitum tempore interdicti absolueri ab excommunicatione, saltem quando absolutio non datur cum solennitate praescripta in dicto capitulo, *A nobis*, Secus enim censet, quando cum illa fit, de quo postea dicam: ad rem enim praesentem illud prius sufficit.

Censeo igitur in dicto capitulo, *Alma*, non prohiberi absolute non ab excommunicatione priuatim concessam tempore interdicti, si alioqui excommunicatio non sit reseruata, neque aliud impedimentum interueniat, praeter interdictum: quia ante dictum capitulum, *Alma*, hoc non erat prohibitum: imo videbatur concessum concessa facultate absolueri à peccatis mortalibus iuxta capitulum, *Nuper*, de Sententia excommunicationis. Neque in dicto capitulo, *Alma*, fit noua prohibitio, sed solum non conceditur in hoc speciale priuilegium. Quapropter, vel textus ille intelligendus est de absolute solenni & in foro exteriori, vel exponendus est de excommunicatione lata ob causam, & culpam, in qua fundatur etiam interdictum; vel certe (quod probabilissimum mihi est) loquitur de excommunicatione reseruata, ita vt illud relatiuum, *Quod admitti, &c.* sit restrictiuum eorum excommunicatorum, quos simpliciter nominauerat: quem sensum Glossa ibi retigisse videtur.

Alia limitatio est de illis, propter quorum culpam latum est interdictum: quibus non est concedenda penitentia, nisi prius satisfecerint modo ibi praescripto, & iam à nobis in superiori puncto explicato. Ex qua limitatione à posteriori colligimus eum qui personali, & particulari interdicto ligatus est, non posse sacramentum penitentiae recipere: quia huiusmodi interdictum nunquam fertur. An vero sacramentum penitentiae collatum personae sic interdictae specialiter, seu ratione propriae culpae validum sit, idem iudicium est, quod de excommunicato: quia quoad hanc prohibitionem eodem modo se habent, vt recte notauit Glossa in capi. praesenti, verb. *Generaliter*, de Sententia excommunicationis in sexto.

A Sed quaeret aliquis, an tempore interdicti localis possit hoc sacramentum ministrari etiam in loco interdicto. Et quidem, quando interdictum est generale loci, non videtur habere dubium: quia tunc tota terra est interdicta, & non oportet extra illam, vel ad locum distantem ire ad hoc sacramentum suscipiendum: & hoc est, quod directe concedit capitul. *Alma mater*, alias nihil nouum quoad hoc sacramentum induxisset. At vero quando Ecclesia tantum, vel alius similis locus est specialiter interdictus, quidam censent non esse in eo sacramentum penitentiae administrandum: quia commode potest extra Ecclesiam in alio loco non interdicto dari. Sed hoc non satis est, nisi ostendatur prohibitio, quia non sufficit antiqua generalis: quia in dicto capitulo, *Alma mater*, videtur limitata etiam circa interdictum particulare loci, vt supra expendi; quae limitatio nulla fuisset, nisi liceret etiam in tali loco sic interdicto penitentiam administrare: quia extra illum antea etiam licebat. Accedit, quod haec sacramenta, quae tempore interdicti permittuntur, fieri possunt cum omni decencia, vel requisita, vel magis conueniente, ad hanc autem spectat quod sacramentum penitentiae detur in Ecclesia, vel in loco sacro; & ideo probabilius credam per se concedi, vt hoc sacramentum dari possit in Ecclesia specialiter interdicta, quod etiam confirmant dicta in simili de Baptismo, & Confirmatione.

C Dicendum superest de actiuo ministerio huius sacramenti. De quo primo constat non prohiberi per vllum interdictum locale ei, qui causam illi non dedit. Probatur, tum ex dictis de aliis sacramentis, tum etiam quia per hoc interdictum non arcentur à diuinis personae, quae illi causam non dederunt nisi in ordine ad talem locum; sed ministerium huius sacramenti iam non est prohibitum in loco interdicto per dictum cap. *Alma*, ergo; Secundo existimo probabilius personas innocentes non priuari hoc ministerio per interdictum generale personale. Probatur, tum ex dictis de Confirmatione, nam hoc sacramentum magis necessarium est, tum quia eadem exceptio de illo fit in iure, & praeterea fit absolute de vltu talis sacramenti, vnde comprehenditur tam actiuus, quam passiuus, quia vnus sine alio esse non potest, & ita eadem est vtriusque ratio. Tertio, persona specialiter interdicta vel directe vel indirecte, quia causam dedit interdicto generali, priuata est ministerio actiuo huius sacramenti. Probatur satis ex dictis de Baptismo. Semper tamen excipitur casus necessitatis proximi, in quo etiam excommunicatus potest penitentiam dare; interdictus autem specialiter, ad summum aequiparatur excommunicato.

E Sed quaeri potest, an sit irritum hoc sacramentum à persona sic interdicta ministratum. Loquor autem per se, & ex vi censuræ, nam ex praua dispositione penitentis facile poterit hoc sacramentum esse nullum, iuxta specialem proprietatem eius: de qua alibi. Difficultas ergo propria erit si penitens bona fide accedat. Deinde supponendum est confessorem esse nominatim interdictum, ac denunciatum, alias iuxta Extrauag. *Ad euitanda*, nondum erit priuatus vltu potestatis suae in ordine ad alios, & ideo sacramentum validum erit, licet peccet ministrando. Difficultas ergo est, an interdictum vt sic non solum prohibeat vltum, sed etiam tollat iurisdictionem, nam si non tollit, erit validum sacramentum, per se loquendo: si vero tollit, erit nullum. At vero tollat, nec ne, non inuenio in iure expressum, nec à Doctoribus satis definitum. Affirmans vtriusque pars suaderi potest, quia haec censura priuat rebus diuinis quantum potest, nisi in iure limitetur: ergo. In contrarium vero est, quia interdictum non tollit iurisdictionem: vnde censura lata à persona interdicta.

18
Sacramentum penitentiae potest ministrari in loco interdicto.

19
Qui causam interdicti non reddidit, potest penitentiam ministrare.

Non vero qui causam interdicti dedit.

20
An sacramentum ministratum à nominatim interdicto validum.

21
Pars noster.

Resoluitur quorundam sententia.

Sanctum.

16
Non prohibetur priuatim absolueri ab excommunicatione tempore interdicti.

Glossa.

17
2. Limitatio.

18
Validum sit sac. penitentiae specialiter interdicti.



Quid in hoc uerbo sentiendum.

Interdicta, vel absolutio ab illa, & alijactus similes valent. Res profecto mihi dubia est, ideo moneo vt talis absolutio omnino caueatur. An vero in rigore nullatit, id est, an hæc censura tollat iurisdictionem, dicam infra tractando similem quæ tollendam de regularitate, in quem locum aliam etiam similem de suspensione ab ordine remissi, quia bonorum omnium videtur esse fere eadem ratio.

De Eucharistia.

21 Eucharistia per modum viatici potest dari temporè interdicti.

Ca. Quod in re, de pœnitentia, & remiss.

Quomodo applicanda sit assertio ad interdictum locale.

Idem dicendum respectu nauigantium, & similitum.

Distinguendi sunt duo modi recipiendi, vel ministrandi hoc sacramentum. Vnus est per modum viatici ob periculum mortis, alius est extralocalem necessitatem. De priori generalis regula capituli. Quod in re, de Pœnitentiis, & remiss. est, Viaticumque in tate pœnitentiæ morientibus non negatur, viaticum etiam, quod vere pœnitentibus exhibetur, comprehendit, quod nec ipsum discedentibus denegatur. Cum ergo per interdictum iure antiquo, & nouo pœnitentia non sit morientibus deneganda, etiam viaticum negandum non est. Est tamen notanda differentia inter generale, & particulare interdictum, tam locale, quam personale, quod si tunc interdictum generale locale, potest hoc viaticum infirmis, seu morientibus tribui, etiã in locis interdictis, quia hoc est moraliter necessarium, eo quod tota ciuitas, vel locus, v.g. interdictus sit: & ideo sicut hoc conceditur de pœnitentiã, ita etiam de Eucharistia. At vero, quando locus est specialiter interdictus, non solum necessarium non est, verum etiam nec moraliter accidit, vt Eucharistia detur in loco interdicto: quia talis locus solet esse Ecclesia, infirmus autem, cui viaticum ministratur, non solet esse in Ecclesia: potest tamen ex Ecclesia interdicta viaticum ad illum deferri. Si contingeret etiam infirmum in tali Ecclesia egrotare, vel in hospitali tali Ecclesiæ coniuncto, qui simul cum illa interdictus sit, poterit illi in eodem loco hoc sacramentum ministrare? Similiter, quando periculum non esset mortis naturalis, sed violentæ, aut si nauigatio longa esset inchoanda, in quo articulo potest is, qui sacramento indiget, ad Ecclesiam accedere, non oportet sacramentum extra Ecclesiam deferre, sed in ea, licet interdicta sit, est ministrandum: quia etiam tunc datur per modum viatici, respectu cuius per se nõ est prohibitio, neque interdictio: præsertim, quia magis expedit Eucharistiam in Ecclesia dispensare, etiam si interdicta sit: quam in alio profano loco. Quamquam, si plures essent Ecclesiæ, seu loca sacra consulendum potius esset, vt id fieret in Ecclesia non interdicta, quam in interdicta.

22

De personali etiam interdicto, aduertendum est, si generale illud sit, & particularis persona, quæ illo ligatur non dedit causam interdicto, absolute posse communicare absque alia præuia satisfactione, vel absolutioe à censura: quia cum ipse non deliquerit, non est de quo satisfactio ab illa sit danda; & cū interdictum generale sit, & non liget hanc personam, nisi ex generali ratione, sicut necessarium non est tale interdictum tolli, vt viaticum detur, ita etiam non est necessarium, vt aliqua absolutio à tali censura procedat. Secus vero est, quando quis dedit causam tali interdicto, tunc enim præmittenda est satisfactio, quæ ad pœnitentiam concedendam necessaria est: iuxta ca. Alma, tum quia hoc sacramentum per se illud supponit, tum etiam quia in præsentia eadem est vtriusque concessio. Vnde si contingeret posse dari alicui viaticum, & non absolutioem, quia v.g. adest Diaconus, & non Sacerdos: tunc idem modus satisfactionis esset ab illo exigendus, vt probatur satis ex dicto capit. Alma, iuncto capit. Quod in re.

23

Quid de li-

Atque hoc idem à fortiori locum habet in eo, qui speciali interdicto personali, ligatus est: nã ille sem-

A per supponitur dedit causam tali interdicto. Quapropter etiam absolui debet à tali censura vel ante absolutioem à peccatis, vel ante viaticum si prior absolutio dari non potuit: quia omnis censura, quæ per se & directe priuat sacramentis, prius tollenda est, quam sacramenta recipiantur. Item quia iam diximus interdictum hoc æquiparari ex communicationi. Quo etiam fit, vt in articulo, omnis, qui potest ministrare sacramentum, possit etiam interdictum auferre quantum ad talem personam, sicut etiam potest auferre excommunicationem. De quo latius infra dicemus.

De actiua administratione viatici tempore interdicti.

EX quibus intelligitur quid dicendum sit de actiua administratione viatici tempore interdicti. Censeo enim quemlibet Sacerdotem, qui non dedit causam interdicto, nec particulari interdicto ligatus est, posse in eo euentu viaticum ministrare, si alioqui ius habet administrandi quod supponimus. Hoc manifestum est in quolibet interdicto locali: nam illud non impedit huiusmodi personam, nisi quatenus impedit locum, & respectiue in ordine ad illum; sed tale interdictum non impedit locum in ordine ad viaticum præstandum: ergo neque huiusmodi personam. De interdicto vero personali generali id patet, tum à paritate rationis, tum maxime quia tale interdictum æque comprehendit omnes personas, quæ causam non dederunt: ergo vel nullam impedit ab hoc ministerio, vel omnes: quia non est maior ratio de vna quam de alia: suppono enim esse æquales in iure ministrandi. Non potest autem impedire omnes: nam repugnans hoc, si receptio conceditur: ergo nullam impedit. Solum interrogari potest, si in aliquo populo clerus sit interdictus, & solus sit vnus parochus, ad quem ex officio pertineat viaticum ministrare: an possit hoc committere aliis Sacerdotibus, & illi possint admittere, & exercere, etiam si generatim interdicti sint. Respondeo, probabilis censeo posse: quia non videtur speciale prohibitionem, & generalis non sufficit: quia in exceptione viatici totum hoc ministerium includi debet: quia moraliter necessarium est, & quia nihil referre videtur, quod ministerium per ipsam proprium parochum fiat, vel per alium delegatum ab ipso, cum vterque sit æque generatim interdictus. Et ex dictis etiam de pœnitentiã, & de aliis sacramentis hoc sequitur.

At vero clericus, qui personaliter interdictus est, vel directe, vel indirecte, quia causam dedit interdicto, non potest, per se loquendo, hoc ministerium vsurpare, nisi prius à tali censura absoluat: quia per talem censuram maxime interdicuntur ministerium sacramentorum: & de hoc particulari neque formaliter, neque virtute sit exceptio, vt supra in similibus declarauit. Dixi autem per se loquendo, quia, si sint alij Sacerdotes nõ interdicti specialiter, qui viaticum deferre possint, tunc ille, qui interdictus est, non potest illud ministerium vsurpare. At vero; si deesset minister alius idoneus, tunc ob necessitatem poterit Sacerdos specialiter interdictus illi succurrere: posset excommunicatus, vt aliis locis late diximus.

Sed quid si parochus sit specialiter interdictus, & solum sint alij Sacerdotes simplices, tenebitur ne illis committere vices suas, vel alij possint sua auctoritate se intromitteere: eo quod pastor censura ligatus non videatur posse, aut per se facere, aut auctoritatem dare? Respondetur primum non posse alium sibi hoc ius vsurpare, quia impedimentum alterius non confert alii tale ius. Deinde in eo casu non debet parochus per se ministrare sacramentum, quia re vera non est necessitas, & alioqui habet absolutam

fiam sumere seu in quocumque loco : quia hæc etiam est vis interdicti personalis generalis, vt ex eisdem iuribus constat, & supra declaratum est. De interdicto autem personali particulari à fortiori hoc idem procedit, cum supra dictum sit etiam per modum viatici dari, aut recipi non posse, per se loquendo, nisi ablato tali interdicto. Quod idem intelligimus de personis interdictis, vt causam dederint cui-libet interdicto generali : quia tanquam specialiter interdictæ reputantur.

33
Exceptio regula generalis.

An iure communi aliqua persona à dicta regula excipiatur.

1. Opinio.

Syluest.

Ab hac tamen generali regula excipiuntur illi, qui ad communicandum eo tempore, vel loco specialè priuilegium habent, vt sunt communiter religiosi, & moniales. Multi etiam viri nobiles habere solent hæc priuilegia, & per Bullam etiam Cruciatæ conceditur, & per alias, quarum tenor attendendus est, & seruandus. Dubitari autem potest, an iure communi excipiantur aliqua persona ecclesiastica ab hac generali regula. Dicunt enim aliqui, quando locus, vel Ecclesia per generale censuram interdicuntur, clericos ad talem Ecclesiam pertinentes, quique ibi possunt officii diuini interesse iuxta ca. Alma mater, posse etiam ibi Eucharistiam sumere. Ita Syluester verb. Interdictum, §. nu. 9. citans Geminianum in dict. ca. Alma, Alioqui (ait Syluester) stante eodem interdicto posset hodie alicui licere communicare, cui heri non licebat, vt si heri erat Diaconus tantum, & iam ordinatus est Sacerdos. Sed hoc nullum inconueniens est: tum quia est mutatus status personæ, tum etiam, quia non est sermo de eadè communionè : illi enim sic denuo ordinato Sacerdoti licita est de nouo communicatio Sacerdotalis, seu sacrificialis, vt sic dicam, quia nouam potestatem sacrificandi accepit: de alia vero communionè eadem quaestio manet. Fundamentum ergo illius sententiæ sumi debet ex ca. Alma. vbi conceditur clericis Missas & diuina officia celebrare cum circumstantiis, de quibus infra : ergo etiam eis conceditur, vt possint Eucharistiam accipere : nam hæc est veluti pars diuinorum officiorum.

34
Opposita sententia communis. Conarr. Nauarr. Panor.

Hæc vero sententia communiter non approbatur, vt colligitur ex Cotarruuia dict. cap. Alma. part. secund. §. 5. num. sexto. Nauarro cap. 27. num. 178. & ex aliis, quos ipsi referunt, & ex Panormitano supra. Et fundamentum est, quia illa concessio capitul. Alma, ex vi & proprietate terminorum non extenditur ad communionem laicam Eucharistiæ : quia illa nec est sacrificium, nec pars eius : nec etiam est diuinum officium, pro vt ibi accipitur, nec pars illius : sicut enim inter effectus interdicti distinctos est priuatio sacramentorum à priuatione diuinorum officiorum, vt ex discursu huius, & sequentis disputatio. constabit: ita concessio, seu relaxatio vnius effectus per se distincta est, & non comprehendit illum effectum. At vero communicatio hæc, licet clericis vel sacerdotibus detur, ex se laica est & ita in iure appellatur vt alibi tractauimus: ergo non comprehenditur in dicta concessione. Et confirmatur, quia ibi Pontifex solum concedit clericis tanquam ministris Ecclesiæ, quod possint facere diuina, sicut prius, sed communicare non est officium ministrorum, neque prius id faciebant tanquam ministri. Et rationes, quibus ibi Pontifex motus esse dicitur ad concedendum illud ministerium, locum non habent in recipienda Eucharistia laicorum more : ergo non est illa concessio ad hunc casum extendenda.

35
Quid in hac controversia sentiendum. Calder. Palud.

Inter has sententias non est facile iudicium ferre, vt etiam sentit Calderinus in suo tractatu de Interdicto, & Paludanus in quarto, distinct. 18. quaestio. 8. numero 30. qui dicit Papam esse super hoc consultendum. Quamdiu tamen eius iudicium non habemus probabiliter potest defendi prima sententia ex alio fundamento, nimirum quod cui conceditur facultas assistendi Missæ sacrificio, conceditur etiam

A vt de illo participare, seu communicare possit, nisi expresse excipiat, seu denegetur. Quamuis enim qui Missam audit non statim obligetur ad communicandum in illa, vt alibi latius probauimus, quod verum est non solum de laicis, sed etiam de clericis: Nihilominus est valde consentaneum: huic sacrificio, & modo quo in Ecclesia offertur, vt qui assistit, de illo suo modo participant, sicut illud suo modo offerunt : & ideo vsitatum olim in Ecclesia fuit, vt assistentes in Missa communicarent, quod maxime in clericis obseruatum, & aliquando etiam præceptum fuit. Vnde de se ait Tridentina synodus sess. 22. cap. sexto. Optaret, vt in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicarent : ergo verisimile est, vt quando Ecclesia alicui auferat interdictum, quantum ad prohibitionem assistendi huic sacrificio, concedere etiam vt de illo participare possit, si alias specialiter non prohibet : quia in illa absoluta concessione continetur, vt possit quæcumque voluerit, & valuerit vberimum fructum illius sacrificij participare. Certum est autem accepturum vberiorum finem in tali sacrificio communicet. Præterea expendo verba illa cap. Alma. Dicantur diuina officia sicut prius: nam prius ita dicebantur, vt ministri de sacrificio communicare possent, & hæc, vt dicebam, erat antiqua consuetudo : & hæc nunc desiderat Ecclesia, quamuis non præcipiat: ergo ex vi illorum verborum conceditur ministris, vt diuina faciant modo consueto, vel de facto, vel saltem de licentia, vel (vt ita dicam) de concilio Ecclesiæ, seu quod idem est, conceditur illis, vt saltem possint participare sicut prius. Denique fauores ampliandi sunt, & hic sensus est satis cõsonus uerbis, vt expensum est, & rationi textus, vt patet ex illis uerbis, Ex diffinitione huiusmodi statutorum crescit in deuotio populis, & infinita pericula animarum surgunt. Hæc namque duæ rationes maxime locum habent in priuatione, seu dilatione communionis, & maiorem habent vim in clero, & personis ecclesiasticis : ergo non est cur hæc amplificatio huius gratiæ nimia esse videatur.

Ex qua sententia sequitur optima ampliatio ad Alma, dum concedit omnibus laicis, vt in quatuor festiuitatibus, Natalis Domini, Pasche, Pentecostis, & Assumptionis Virginis possint interesse diuinis, consequenter concedere vt possint Eucharistiam sumere. Licet oppositum sentiat Antonin. tertia part. titul. 26. cap. 4. Syluest. (plane non satis consequenter) Interdictum. 5. quaestio. secund. Soto 4. distinctio. 22. quaestio. 3. articulo. 1. post 4. conclus. Cotarruuia supra. Qui solum fundantur, quia in illo capit. hoc expresse non conceditur. Nobis autem ex ratione facta videtur concedi virtute, idque satis esse. Et præterea expendo illa verba, Participationem permittimus diuinorum : nam hæc verba in rigore nõ solum ad assistendum, sed etiam ad communicandum, id est, ad participandum quantum sunt capaces, faciunt facultatem. Accedit, quod quibus Pontifex voluit hoc negare, eos expressit subiuugens in hunc modum, Sic tamen, quod illi propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent. Quæ verba intelligi possunt de oblationibus fidelium : ad quas faciendas solent ad altare accedere, vt refert Paludanus supra non tamen video cur non potius sint de communionem intelligenda: nam illa est propter quâ maxime solet ad altare accedi. Et sumi potest argumentum ex capit. Quia in omnibus. de Vfuris. vbi de publicis vfurariis dicitur, Nec ad communionem admittantur altaris nec oblationes eorum quisquam accipiat. Expendo enim quod nomen altaris cum communionem potius, quam cum oblatione coniunctum est. Quamuis ergo non negem per verba illa capit. Alma, prohiberi huiusmodi interdictis, & peccatoribus omnem ministris.

ministerium altaris, & omnem actionem, vel receptionem sacram, quæ circa altare fit: dico tamen, i-

A Secunda distributio est modi, vt sic dicam, conferendi hoc sacramentum: quia in hoc non est distinguere sicut in Baptismo, quod datur cum solennitate, vel sine illa: quia neutro modo dari potest: simpliciter enim prohibetur quoad substantialem solennitatem, vt sic dicam, siue habeat accidentalem adiunctam, siue non: multum enim differt à Baptismo in necessitate. Et præterea in hoc etiam differt quoad substantialem solennitatem, quia semper requirit sacerdotem ministrum, qui ex officio illud conferat, qui in Baptismo non semper est necessarius. Accedit, quod illa sacramenta, quæ tempore interdicti specialiter permittuntur, etiam cum accidentali solennitate dari possunt: ergo è conuerso cum hoc sacramentum prohibetur, simpliciter, & quoad substantiam prohibetur. Denique nomen Vnctionis, ipsam substantiam sacramenti significat. Dices, cur potius prohibetur Vnctio, quam Confirmatio: nam si necessitatem simpliciter spectemus, non est magis necessaria Confirmatio, quam Vnctio: si vero vtilitatem, non est minus necessaria Vnctio morituris, quam Confirmatio victuris. Respondetur, non esse facile rationem reddere, quæ Innocentium Tertium mouerit, qui fuit auctor vtriusque decreti, fortasse tamen non tanti aestimasse necessitatem Vnctionis, sicut confirmationis: quia sine Confirmatione non censetur aliquis perfecte Christianus: & sepe accidere potest, vt multi verbi gratia, pueri ante usum rationis absque aliis sacramentis præter Baptismum, & Confirmationem moriantur: alij vero qui sunt capaces Vnctionis, & supponuntur iam perfecti quoad statum Christianorum per Baptismum & Confirmationem, & quoad propriam & personalem necessitatem eis subuenitur per penitentiam & Eucharistiam: & ideo non tanta videtur eorum necessitas. Accedit, quod sacramentum Confirmationis omnino ordinatur ad internam animæ bonum: Vnctio vero etiam ad salutem corporis: & ideo ex hac parte minoris quodammodo necessitas visa est, & eius interdictio magis necessaria ad vigorem, & terrorem huius censuræ: tum quia homines magis timere solent (de vulgo, & multitudine hominum loquimur) detrimenta corporis: quam spiritus; tum etiam quia si hæc omnia sacramenta concederentur tempore interdicti, quoad hanc partem contemneretur.

B Tandem hinc obiter expeditur alia quæstio, an scilicet propter implendum præceptum de annua communione, possit quis, aut debeat tempore interdicti communicare, possitque illi Eucharistia dari. Aliqui enim simpliciter affirmant: quia tunc iam illud est sacramentum necessitatis. Antonin. vero, & alij simpliciter negant. Dicendum est, iure antiquo id licuisse: quia solum concedebatur propter viatici necessitatem; vt supra ostensum est: necessitas autem præcepti ecclesiastici neque est similis, neque æqualis: imo iam tunc non esset necessitas, quia per vnã prohibitionem cessat obligatio alterius: ius præcepti eiusdem ecclesiæ: sicut in die festo cessat obligatio audiendi Missam posito interdicto, & prohibitione eius. Idemque dicendum erit nunc iuxta communem priorem sententiam. Defendo autem posteriorem, consequenter dicendum est, posito iure nouo dicto capitul. Alma, aliud verum esse: quia vna ex illis quatuor festiuitatibus est Pascha, pro qua specialiter obligat præceptum annuæ communionis: sed dictum est ex vi illius iuris ablatam esse prohibitionem interdicti, quoad communionem: ergo obligabit tunc præceptum, cum iam omne impedimentum ablatum sit. Neque est inconueniens, vt ex vno fauore pullulet aliunde alia obligatio, quando illud est per accidens, & solum quasi remouendo prohibens: præsertim, quia illa obligatio communicandi neque odiosa neque onerosa censi debet, sed potius favorabilis. Neque ab hac sententia est alienus Nauarr. supra, quamuis dicat consulendum esse Summum Pontificem.

C Tertia distributio est personarum, quæ ihiformalus continetur in illa particula, omnibus, quæ ex se tam clericis, quod laicos comprehendit. Accedit præterea, quod cum in citatis verbis duo coniungantur, scilicet Vnctio, & sepultura sacra: quoad sepulturam statim excipiuntur clerici, vt infra videbimus: ergo quoad Vnctionem comprehensi relinquuntur, vt recte ibi notat Abbas numero nono, & communis sententia, idemque est de religiosis, & quibuscumque aliis, quia verba vniuersalissima sunt, quæ nemo iure limitare potest, nisi in alio decreto talis limitatio vel exceptio adiuncta sit: Nam vbi aliquid generaliter prohibetur: quod expresse non conceditur, intelligitur denegatum, vt dicitur in Clementina, Exiit, paragrapho, Porro, de Verborum significationibus.

D De hoc sacramento est expressa & absoluta prohibitio in capitul. Quod in re. de Pœnitentia & remission. cuius verba sunt: Licet per generale interdictum omnibus denegatur tam vnctio, quam ecclesiastica sepultura, &c. Vbi significatur non fieri de nouo illam prohibitionem, sed iam factam supponi: Et licet in particulari non inueniatur in antiquioribus iuribus, satis est, quod à prohibitione generali diuinorum non inueniatur excepta: Additurque in eo capite, quasi per declarationem speciale non esse excipiendam. Quod ius per nullum posterius retioatum, aut limitatum inuenitur. Est autem notanda triplex distributio ibi formaliter, vel virtute contenta. Prima est temporis, seu occasionis, aut necessitatis ministrandi hoc sacramentum: nam absolute prohibetur, ita vt propter extremum mortis periculum ægrorantibus dandum sit: & ita intelligunt Doctores omnes. Et ratio est clara, quia proprium, & quasi intrinsecum tempus, in quo dandum est sacramentum, est quando mors instat ex graui morbo, ergo si prohibetur, pro illo articulo maxime prohibetur. Et in hoc est facta differentia inter hoc sacramentum & Eucharistiam: quia non est ita necessarium, sicut illa;

De Extrema vnctione.

37 An ad implendum præceptum annuæ communionis possit quis tempore interdicti communicare.

Nauarr.

38 Ca. Quod in re. de penit. & remiss.

Tempore interdicti, nec enim ob mortis periculum dari potest Extrema vnctio.

19 Idque intelligendum non solum de accidentali solennitate, sed de substantiali sacramenti.

Respondetur eundem obiecti.

40 Omnibus personis cuiuscumque conditionis prohibetur Extrema vnctio tempore interdicti.

Clement. Exiit, idem Verb. sig. 41 Palud. consuetud.

qui concedit sepulturam soli corpori proficuum, A
Vnctionem animam necessariam non negare. Sed potius inde oppositum colligitur: nam cum ex duobus propositis, & generaliter vetitis, vnum tantum Pontifex concedat, & de altero taceat, illud tacendo negavit, vt in simili arguatur Gregorius homilia 18. in Euangelia, & referur in ca. Non ne, de presumptionibus. Non ergo vnum sub alio comprehenditur, alias nec in principio oportuisset. Vnctionem distinte exprimere: cumque minus sit sepultura, quam Vnctio, non recte ex concessione minoris inferitur, etiam id, quod maius est, esse concessum. Cur autem Pontifex (hoc enim argumentum Paludani postulare videtur) concesserit Ecclesiasticis personis sepulturam Ecclesiasticam, & non sacram Vnctionem; dicendum est negari Vnctionem propter rationes superius factas: sepulturam vero concedi propter statum decentiam, vt inferius latius dicemus. Addendum vero est, per hanc non excludi specialia priuilegia, quae aliquae religiones pro suis religiosis, vel familiaribus a Sede Apostolica habere possunt.

Gregor.

42
Doctrina
data ad in-
terdictum
locale appli-
catur.

Vltimo tamen aduertendum est dictum ea. Quod in re, speciatim loqui de interdicto generali loci; & ita ex illo textu immediate tantum haberi, in toto illo loco interdicto non posse hoc sacramentum ministrari, quanquam personae illius loci si alibi aegrotent, vel se illuc deferri faciant, possint ibi, hoc sacramentum accipere, si causam interdicto non dederit, iuxta superius dicta. Hoc autem seruata proportione in interdicto particulari loci seruandum est: quia est eadem, vel maior ratio, procedit generalis prohibitio, quod in loco interdicto nulla sacramenta administrantur iuxta ca. Responso, de Sententia excommunicationis.

43
Applicatur
ad interdi-
ctum perso-
nale.

Ad interdictum etiam generale personale; & a fortiori ad speciale commutata (vt sic dicam) proportione, eadem regula applicanda est, nam omnes personae sic interdictae, etiam si causam non dederint interdicto, hoc sacramentum accipere non possunt, neque in eo loco, neque in alio, nisi prius a tali interdicto aliquo modo liberentur: quia tale interdictum, vt supra vidimus, omnes & singulares personas afficit, & in eis habet suum effectum: hic autem est generalis sacramentorum prohibitio iuxta iura supra citata. Atque haec omnia procedunt iuxta antiquum ius. Dubitari vero potest an iuxta nouum ius in cap. Alma mater, liceat hoc sacramentum ministrare in quatuor festiuitatibus ibi exceptis. Sed dico breuiter quoad hanc partem nihil esse in nouum illo iure: quia de hac re nulla ibi mentio fit, neque in specie, neque in genere.

De ordine.

44
Non potest
laicus sacra-
mentum or-
dinis confer-
ri tempore
interdicti.

DE hoc sacramento non inuenio aliquid in propria specie in iure declaratum, & ideo nonnulla est diuersitas inter auctores. Et in primis quoad personas laicas, omnes conueniunt non posse tempore interdicti sacramentum hoc eis conferri. Ratio est, quia prohibitio est generalis, iuxta dictum capitulum. Responso, & de sacramento Ordinis nulla facta est exceptio: ergo. Nihilominus tamen circa personas Ecclesiasticas aliqui dicunt, eos, qui iam habent aliquem ordinem inferiorem, posse non obstante interdicto ad superiorem promoueri. Ita Innocentius in cap. Non est vobis, de Sponsalibus, qui de omnibus clericis loquitur: & ideo ex illius sententia etiam hi, qui solum primam tonsuram habent poterunt ordinibus initiari. Ratio eius est, quia clerici sunt.

Quid de clericis.
Innocent.

45
2. et 3. a
sententia.
Panorm.
Palud.
Covarr.

Nihilominus contraria sententia vera est, quam tenent Panormitanus in dict. ca. Non est vobis, Paludanus dist. 1. §. q. 3. nu. 2. 9. Covarruias dict. ca. Alma, par. 2. §. 3. nu. 4. & omnes Summisque. Et ratio est, quia

ista exceptio nullo iure fundatur. Neque illa ratio Innocentij satis intelligitur: aut enim agimus de interdicto locali, aut de personali: si de locali, sicut per illud non sunt absolute interdicti clerici, ita nec laici: & sicut locus est interdictus in ordine ad laicos, ita & in ordine ad clericos in his, quae illis non sunt iure concessa: nullo autem iure est illis concessum, vt possint ad superiores ordines promoueri in tali loco, vel quod quispiam possit in eodem loco ordines conferre, nisi prius ab eodem loco interdictum auferat, vel suspendat, si ad hoc potestatem habet. Quod pater ex dict. capit. Alma, in quo postrema & maior extensio huius concessionis facta est, & tamen ibi hoc non conceditur, vt ex textu constat. Haec autem intelligenda sunt de omnibus ordinibus, quae sunt sacramentalia, & consequenter etiam de consecratione Episcopali. De prima vero tonsura, & de benedictione Abbatis, vel virginis, quae non sunt sacramenta sed sacramentalia, non est eadem ratio. Sed ita de illis iudicandum est, sicut de diuinis officiis, de quibus infra. Si vero loquamur de interdicto personali, aut illud esset solius populi laici, vel solius clerici, vel vtriusque: de primo verum est per illud non prohiberi clericos, quin vterus ordinari possint, quia non sunt interdicti: tamen eadem proportione, de secundo interdicto verum est, per illud prohiberi clericos ne vterus ordinari possint: non vero prohiberi laicos, quin tleno possint ordinibus initiari, quia non sunt interdicti. Si vero loquamur de tertio interdicto, ex vi illius nec laici, nec clerici ordinari possunt: quia omnes sunt interdicti: nulla est ergo exceptio, nec differentia quoad hoc inter Ecclesiasticos, & laicos, si proportio seruetur. Vnde nihil etiam oportet hic distinguere inter personale interdictum generale, & particulare: neque inter eos, qui dederunt, vel non dederunt causam interdicto: omnes enim simpliciter prohibiti sunt, quamdiu interdicto ligantur. Solum oportet aduertere in interdicto locali eos qui sua culpa causam dederunt, simpliciter prohiberi ordinari vel ordinari, non tantum in loco interdicto, sed vbiique: quia illi consequenter sunt personaliter interdicti: vt superius declaratum est.

De Matrimonio.

IN Matrimonio tria distinguere possumus, scilicet sponsalia de futuro, substantiam matrimonij, & Ecclesiasticam solennitatem cum sacerdotali benedictione, quae subsequi solet; & debet. De sponsalibus certum est licite & valide fieri posse tempore interdicti, siue in loco interdicto, siue inter personas interdictas: quia illud neque est sacramentum, neque aliquid sacrum, aut diuinum officium, sed est tantum quidam humanus contractus: ideo non continetur in his, quae per interdictum prohibentur.

Secundo est certum benedictiones nuptiales esse prohibitas tempore interdicti: quia inter diuina officia computantur: imò habent adiunctum Missae sacrificium, & solennes preces a sacerdote in Ecclesia factas: haec vero diuina officia prohibita sunt tempore interdicti, vt postea videbimus. Et in hoc conueniunt omnes Doctores statim citandi. Quamquam Couarruias in dict. cap. Alma, p. 2. §. 2. nu. 7. cenlet, si solennitas matrimonij fiat cum his circumstantiis, cum quibus Missa dici potest in loco interdicto, iuxta cap. Alma, non esse malum; neque prohibita ita fieri. Quia ibi conceditur, vt Missae diuinae officia dici possint sicut prius, campanis non pulsatis, & ianuis clausis, & interdictis ac excommunicatis exclusis: sed haec benedictio & solennitas, est quoddam sacrum officium cuiusdam Missae annexum, seu coniunctum: ergo cum eisdem circumstantiis licebit.

Obstat vero huic sententiae, quia illa officia solum conceduntur clericis: nam, per se loquendo, debent

hent excludi laici, vt infra videbimus: sed hoc officium per se, & intrinsece requirit presentiam laicorum, scilicet sponsi, & sponsae. Responderi potest, hoc esse accidentarium, & saltem id licere quando sponsus, & sponsa aliunde habent privilegium audiendi diuina officia tempore interdicti. Sed contra, nam potius hoc est per accidens, scilicet habere tale privilegium: per se autem est quod talis actus intrinsece requirat personas laicas: & ideo non videtur comprehensus sub illis officiis, quae in dicto capite Almae permittuntur: nam illa supponuntur esse talia, vt inter solos clericos dici possint. Quae ratio videtur efficax, supponendo laicos esse excludendos a diuinis officiis: nihilominus tamen probabilem censeo opinionem Couarruuii cum ea moderatione, quod sponsus & sponsa alioqui possint interesse diuinis, vt ex dicendis sequenti disputatione clarius constabit.

Tertio est certum, Matrimonium, si tempore interdicti fiat, seruatis conditionibus alias requisitis, vel ex se, vel ex nouo iure Concilij Tridentini, validum esse. Haec est communis sententia, quam probat Gloss. dict. capit. Almae, verb. Sacramentis, quia matrimonium non est sacramentum dans gratiam, sed assumptum est erroneum in fide, vt nunc suppono; & impertinens ad inferendum consequens, quid idem obstat dare gratiam, vt valeat sacramentum. Alias ordo datus tempore interdicti, vel personae interdictae, non esset validus, quia est sacramentum dans gratiam. Ratio ergo solum est, quia interdictum nihil aufert, quod sit de veritate talis sacramenti. Confirmatur, quia supra ostensum est, Matrimonium inter excommunicatos contractum validum esse: ergo etiam erit validum ab interdictis contractum, etiam si ob excessus proprios interdicti sint: quia isti ad summum comparantur excommunicatis in vsu sacramentorum, vt supra dictum est. Ergo a fortiori matrimonium contractum in loco interdicto validum erit: quia minus potest circumstantia loci, quam personae, Matrimonium inualidum reddere.

Difficulus ergo superest, an licitum sit Matrimonium contrahere non obstante interdicto. multi enim Doctores simpliciter affirmant, Syluester verb. Interdictum: 5. numer. 9. cum Inno centio capite vltim. de Excessibus Praelat. numer. 6. clarius, in capite. Non est, de sponsal. vbi Panormitanus dicit esse communem, & rationem indicant: quia inter fideles licite contrahitur Matrimonium: ergo & inter fideles etiam interdictos. Quae ratio idem concluderet de excommunicatis: non est ergo bono iudicio, quia inter fideles Matrimonium est sacramentum: non vero inter infideles. Item quia fideles subiecti sunt ritibus, & prohibitionibus Ecclesiae, non tamen infideles. Eandem vero sententiam tenent Couarruuias dicto numer. 7. & Nauarrus capite. 27. num. 179. vbi etiam asserunt inter interdictos personaliter & specialiter posse licite Matrimonium contrahi. Fundamentum esse videtur, quia licet Matrimonium sit sacramentum, tamen est etiam contractus humanus: imo substantialiter est contractus: & ratio sacramenti est illi adjuncta: contractus autem humani non sunt prohibiti per interdictum: ergo nec Matrimonium est prohibitum. Et confirmatur; nam hac ratione dicitur in iure; Matrimonium quocumque tempore contrahi posse in c. Appellamus, de feriis. Neque hoc caput restrictum, aut derogatum est per Concilium Trident. sess. 24. cap. i. de Reformatione matrimonij: quia licet ex vi illius decreti requiratur praesentia Parochi, & duorum testium, tamen quocumque tempore illa forma contrahendi adhiberi poterit.

Nihilominus fundamenta huius sententiae videntur esse infirma; & aliunde obitare generalem regulam prohibentem vsus sacramentorum tempore interdicti. Fr. Suarez tom. 5.

potest interdicti in cap. Responso, de Sent. excom. & in cap. Alma. generaliter dicitur, nulla esse ministranda sacramenta certis casibus & sacramentis exceptis, Sed matrimonium nullo iure exceptum est: ergo est simpliciter prohibitum. Nec videtur quicquam referre quod sit contractus: nam hoc non tollit quin sit etiam sacramentum. Quae ratio sacramenti principalior est, & alia ratio contractus per illam eleuatur, & ideo sequitur, vt ita dicam, forum, vel prohibitionem, aut coeessionem eius. Vnde quod in alio c. Appellamus, dicitur, satis iuridice exponitur, quod omni tempore non prohibito, potest Matrimonium contrahi, vel certe, quod licet possit omni tempore, non tamen omni loco, neque inter quascumque personas, sed circumstantiis seruatis, quas iura disponunt. Eo vel maxime, quod in illo textu non dicitur Matrimonium omni tempore contrahi posse, sed quocumque tempore contrahi (id est, validum esse) consensu interueniente legitimo de presenti. Quapropter in rigore iuris videtur verior contraria sententia.

Et in primis de interdictis personaliter, & specialiter (sub quibus comprehendo omnes qui interdicto causam dederunt) videtur sane probabilius non posse licite Matrimonium contrahere; nam illos omnino separat Ecclesia a participatione sacramentorum. Et confirmari potest, nam excommunicatus non potest licite Matrimonium contrahere, ergo nec interdictus specialiter: nam aequiparantur quoad separationem a sacramentis. Dices, excommunicationem prohibere etiam contractus, & in hoc differre ab interdicto. Sed contra primo: quia excommunicatus contrahens Matrimonium non solum peccat vt communicans in humanis, sed etiam vt participans in diuinis; alias solum venialiter peccaret: cum tamen constet peccare mortaliter, sed interdictus specialiter aequae est exclusus a participatione diuinorum: ergo. Deinde sumi videtur efficax argumentum ab excommunicatione minori: nam illa non priuat communicatione humana, nec contractibus, & nihilominus qui sola illa ligatus est, non potest sine graui crimine Matrimonium contrahere: quia est separatus a participatione sacramentorum, iuxta cap. vlt. de clerico excommunicato ministrante: ergo a fortiori idem grauius est de specialiter interdicto: nam est grauior censura, & quoad hoc eundem effectum habet secundum iura.

Deinde videtur idem dicendum de interdicto generali personali: nam etiam, qui illo tantum sine culpa propria ligati sunt, non videntur posse Matrimonium contrahere; quia nullo iure excipiuntur: & alioqui est generalis prohibitio praeterquam in solis casibus a iure expressis, iuxta capite. Si sententia, de Sentent. excommuni. in 6. vbi de interdictis per generale ac personale interdictum dicitur, Non debent alicubi (casibus expressis a iure dumtaxat exceptis) audire diuina; vel Ecclesiastica recipere sacramenta. Vbi Gloss. verb. Expressis, solum allegat iura de Baptismo, & Confirmatione, & Viatico loquentia. Et in dicto ca. Alma, etiam dicitur, certis casibus & sacramentis exceptis vbi Glossa de Matrimonio solum dicit, Tenet etiam Matrimonium, non vero ait, licet.

Denique idem consequenter, & cum proportionem videtur dicendum de interdicto locali: nimirum ex vi illius non licere in loco interdicto Matrimonium contrahere, propter similem rationem. Nec video probabilem causam hoc permitteudi, cum neque sit tanta necessitas statim Matrimonium contrahendi, nec sit difficile extra locum interdictum illud contrahere. Et quidem cum praesentia Parochi, vel sacerdotis habentis eius licentiam hodie necessaria sit, male ille faciet, si in loco interdicto illi assistat, & suum quaecumque ministerium exhibeat. Atque haec quidem videntur vera in rigore iuris. Si tamen opinio contraria ita praualuit, vsusque recepta est, vt contrariam consuetudinem induxisse

C. Appellamus, de Feriis, exponitur.

52 Negans sententia probatur percurrendo omnes species interdicti. Probatur in interdicto personali particulari. Occurrit obiectio.

53 Eadem sententia in interdicto generali personali ostenditur.

58 Idem de interdicto locali suadetur.

Non licet parochio assistere matrimonio in loco interdicto.

49 Matrimonium tempore interdicti celebratum est validum.

50 An matrimonium licite contraheatur interdicti tempore. Siment. affirm. Syluest. Inno. Abbas. Ref. ultra fundamenti. Syluest.

Conarr. Nauarr.

Conc. Tri.

51 Excluditur supra posita regulam prohibentem vsus sacramentorum tempore interdicti.

cenfetur, ratione confuetudinis dici poterit exceptio introducta, ideoque iam ita valere, ac si iure effet facta. De hac vero confuetudine, quia ad factum fpectat, mihi fatis non conftat, & in perfonalibus interdictis non credo illam effe, & maxime in fpecialibus, in localibus autem generalibus facilius poffet tolerari.

S E C T I O II.

Quale peccatum fit violare interdictum in materia sacramentorum.

1
Violatio interdicti in materia sacramentorum peccata minima, ex suo genere.

2
Violatio interdicti in materia sacramentorum ex suo genere mortalis. Excluditur diftinctio ab aliquibus data.

Hanc violationem ex fe peccaminofam effe, aperte fequitur ex diftis fectione precedenti, quia eft contra Ecclefie prohibitionem, & cenfuram. Dico autem, ex fe, quia ex accidenti excufari poteft, vel per ignorantiam, vel per iuftam neceffitatem. In quo feruandæ funt regulæ traditæ de cenfuris in communi, & ad prefens applicandæ: nihil enim amplius circa hoc addendum occurrit.

Dificultas vero eft de grauitate culpæ. In qua cefeo, ex genere fuo effe mortalem, quia materia sacramentorum grauiſſima eft, & prohibitio Ecclefie eft abſoluta, habens vim proprii præcepti pertinentis ad virtutem religionis; vnde contrarium peccatum eft facrilgium: quod conſtat ex genere fuo, & in materia graui mortale effe. Nec diftinctio, quæ in hac materia interdicti dari folet ab aliquibus inter perfonas laicas, & Eccleſiaſticas (de qua videbimus diſputatione fequenti) ad præſentem materiam recte accommodatur: quia materia sacramentorum, tam reſpectu clericorum, quam reſpectu laicorum grauis eft, ſi ad vtroſque cum debita proportione accommodetur, id eft, adminiſtratio sacramentorum ad clericos: receptio vero etiam ad laicos. Neque etiam cenſe ad præſentem cauſam referre, quod clericis fit impoſita aliqua pena propter hoc peccatum; non vero laicis: nam, eſto hoc ita fit, quod infra videbimus; nihilominus grauitas culpæ non pendet ex Eccleſiaſtica pena: Prohibitio enim comedendi, verbi gratia, carnes, aut bis in die ieiunij, nullam habet penam Eccleſiaſticam ipſo iure adiunctam, & nihilominus transgreſſio illius ex ſuo genere peccatum mortale eft: ergo ſimiliter prohibitio recipiendi aliquod ſacramentum in tali ſtatu, erit peccatum mortale ex genere fuo, etiam ſi non habeat penam Eccleſiaſticam adiunctam, quia culpa eft prior, & per fe non pendet ex pena, ſed ex materia, & præcepto. Solet autem pena interdum effe iudicium à poſteriori grauitatis præcepti, & actionis: quando vero alias de hac ſatis conſtat, impoſitio penæ neceſſaria non eft. Tandem confirmatur, nam excommunicatio minor, quia ſeparat à perceptione sacramentorum, obligat ſub mortali omnes tam clericos, quam laicos, ne ligati ea cenſura, ſacramentum aliquod recipiant, & transgreſſio illius ex ſuo genere eft peccatum mortale, quamuis non habeat aliam penam ipſo iure impoſitam, vt ſupra declaratum eft: ergo maiore ratione idem dicendum eft de interdicto, quod ex fe grauior cenſura eft.

3
Quia vero peccatum mortale ex genere, in indiuiduo poteſt effe veniale, & quia, cum interdicta ſint varia, in eis poteſt effe inæqualitas etiam in grauitate huius obligationis, vel transgreſſionis, ideo neceſſe eft poſitam generalem regulam ad ſingula interdicta applicare: omitendo in omnibus executiones, vel diminutiones culpæ, quæ oriri poſſunt ex parte operantis, vt ſunt indeliberatio, inaduertentia, & ſimiles, quia nihil habent ſpeciale in hac materia, ſed applicandæ ſunt generales regulæ de actibus humanis. Primo igitur, maxime eft indubitata regula propoſita in interdicto perſonali ſpecia-

Omne interdictum

li formaliter, vel æquialenter, id eft, in omni illo quo perſona interdicatur propter propriam culpam, quia illud eft, quod cum maiori rigore obligat. Et ideo in iure nulla fere fit exceptio de hoc interdicto, vt vidimus. Item illa eſt iuſta pena talis perſonæ interdictæ propter propriam culpam, eſt ipſo iure illata, vel ex iuſto præcepto iudicis, ſi ab homine fit, & non requirit ſpecielem actionem iplius rei, quia ſibi ipſi malum aliquod inferat, ſed ſolum quod abſtineat à tali actione, vel receptione: ergo obligat in conſcientia iuxta materiam exigentiam: ergo obligat ſub mortali, cum materia fit grauis. Quapropter in huiusmodi perſona, receptio ſacramenti cuiuſlibet, & in indiuiduo ſemper eſt peccatum mortale abſque vlla exceptione. Nili veli queſ excipere ſacramentum matrimonij, quod non cenſe neceſſarium: quia aut eſt vera opinio dicens hoc ſacramentum eſſe prohibitum perſonæ ſic interdictæ, & iuxta illam etiam eſt peccatum mortale illud contrahere, quia materia eſt valde grauis. Vel ſupponitur contraria ſententia, ſaltem vt probabilis præctice, & tunc non eſt exceptio à regula poſita, ſed ab ipſa prohibitione, ideoque non tantum non erit peccatum mortale, verum etiam nec veniale, quia nulla tranſgreſſio cenſuræ eſt.

De ſolenni autem benedictione matrimonij dubitari poteſt, an ſit ſufficiens materia peccati mortalis in huiusmodi perſonis ſic interdictis: nam, cum non ſit ſacramentum, ſed ſolum cæremonia quædam, videtur res leuior, quam vt ad peccatum mortale ſufficiat. Reſpondetur, primum de ſacerdote ſeu miniſtro Eccleſiaſtico, non eſt dubium, quin mortaliter peccet admitrendo perſonas ſic interdictas ad talem benedictionem, vel dando illam, ſi ipſe interdictus ſit. Ratio eſt, quia ex officio tenetur vtrumque cauere, & actio ipſa eſt factis grauis, cum ſit quoddam officium, & miniſterium publicum, quod Eccleſia obſeruat tanquam cæremoniã grauem. De ipſis vero contrahentibus iudicandum videtur, ſicut de aliis officiis Eccleſiaſticis quatenus prohibentur laicis ſic interdictis: de quibus dicemus diſput. ſequenti: nunc autem videtur in hac ſpeciali materia hoc eſſe peccatum mortale, quia eſt actio ſaris grauis, vt dixi, & directe prohibita ſi perſonis: ipſæ vero ad eam concurrunt, non ſolum aſſiſtendo, ſed etiam cooperando ſpecialiter, ſeu recipiendo.

In ſecundo ordine huius obligationis ſunt perſonæ generaliter interdictæ: & videtur eiuſdem grauitatis eſſe, ſiue interdictum ſit perſonale, ſiue locale, quatenus vtrumque interdictum, aut ſeparat perſonam abſque propria culpa eius. Nihilominus tam eſt aliqualis differentia in eo, quod perſonale interdictum perſonam ſimpliciter, & vbique, locale vero tantum prohibet in tali loco interdicto, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter. Ex hac vero differentia naſcitur alia notanda, ſcilicet quod per interdictum generale perſonale prohibetur cuiuſlibet perſonæ interdictæ vſus sacramentorum ſecundum ſe, ſeu quoad ſubſtantiam: per interdictum autem locale ſolum interdicatur hic vſus quoad circumſtantiam quandam, ſcilicet ne in tali loco ſiant. Vnde videtur prior prohibitio eſſe grauior, atque etiam maior reſpectu perſonarum. De interdicto ergo perſonali, etiam generali, exiſtimo obligare ſub mortali, & miniſtrum ſacramentorum, ne det ſacramenta perſonis ſic interdictis, nec ipſe ea miniſtret, ſi interdictus ſit: & omnes alios ne ſic interdicti ea recipiant, niſi in caſibus permiſſis. Ratio eſt ſupra tacta, quæ hic cum proportione applicari poteſt, quia hoc interdictum eſt quaſi quoddam præceptum generale cadens ſuper omnes has perſonas, & directe ac per ſe ſeparans omnes, & ſingulas ab vſu ſacramentorum: idque à fortiori patebit ex dicendis.

Deinde non dubito, quin miniſtri Eccleſie pec-

cent

cent mortaliter dando sacramenta in loco interd. A violationem interdicti in ministerio diuinorum ex officio, irregularitatem incurrit. Sunt autem in verbis illis nonnulla notanda. Primum est, hæc verba interdicens, vel suspendendi non semper accipi in iure est distincta, id est, vt significancia diuersos effectus distinctarum censurarum, nam in illo textu quod in principio vocatur interdictum ab ingressu Ecclesie, in fine appellatur suspensio ab ingressu Ecclesie: & ibi dicitur celebratio diuinorum interdicta, id est, prohibita. Vnde intelligitur, quod omnis prohibitio ministrandi diuina ex officio, facta ex vialicuius censura Ecclesiastica eiusdem rationis, seu efficacie censetur in iure quoad hunc effectum incurrendi irregularitatem, si contra illam agatur: parumque referre quod suspensio, aut interdictio appelletur. Secundo aduerto illam particulam, celebrationem diuinorum, & ex ea colligo, quando dicitur in iure, irregularem fieri illum, qui celebrando violat interdictum, vt habetur in cap. Is qui, §. vero, de Sent. excomm. in 6. id non restringi ad solam celebrationem per Missæ sacrificium, sed extendi ad omnem celebrationem diuinorum ex officio factam: in qua certum est includi ministracionem sacramentorum ex officio. Noto tertio, ex illo textu colligi, hanc regulam habere locum in interdicto locali, quam personali. Nam in primis illud interdictum ab ingressu Ecclesie, quantum ad presens spectat, æquiualeat locali, quia per illud non prohibetur huic personæ celebratio diuinorum absolute, & simpliciter, sed in Ecclesia, vt in eodem textu expresse limitatur, ergo, cum per quodlibet interdictum locale indicatur diuinorum celebratio in loco interdicto, qui illud violat celebrando sacramenta in tali loco, eandem irregularitatem incurrit. Atque ita expressè dicitur de interdicto locali, & de celebratione absolute in dict. §. Is vero. Rursus interdictum illud ingrediendi Ecclesiam, directe personale est, non locale, vt ex ipis verbis constat: & tamen, quia in illo includitur, suspensio talis personæ à diuinis in Ecclesia celebrandis, per eius violationem incurritur irregularitas: ergo à fortiori, quando persona directe interdicatur, non ab vno actu, & respectu vnus loci, sed simpliciter & absolute, violando tale interdictum per ministracionem sacramentorum ex officio, prædicta irregularitas incurretur, quia suspensio à tali ministerio multo magis includitur in tali interdicto. Hoc ergo modo sufficienter mihi videtur probari ex iure hæc irregularitas. Solum posset quis contendere dictam irregularitatem coarctandam esse ad personas interdictas propter propriam culpam, seu quæ suis excessibus causam dederunt, vt generale vel speciale interdictum poneretur: quia illud interdictum ingrediendi Ecclesiam de quo est sermo in cap. Is cui, tale est, vt nõ imponatur nisi propter propriam culpam, vt infra videbimus. Respondetur, quidquid, de hoc sit, limitationem illam non esse admittendam. Primo quia in dict. §. Is vero, simpliciter est sermo de celebrante in loco interdicto, neque additur limitatio, de dante causam interdicto: imo additur exceptio, Nisi priuilegiatus existat super hoc vel à iure sit ei concessum. Quæ exceptio declarat, illa lege comprehendendi omnes, etiam si non dederint causam interdicto, tum quia vna exceptio firmat generalem regulam in omnibus aliis: tum etiam, quia manifestum est eos, qui dant causam interdicto, non posse super hoc esse priuilegiatos aut à iure habere concessionem: ergo signum est sermonem esse de omnibus celebrantibus in loco interdicto, etiam si eidem causam non dederint, & ab hac generalitate solum excipi priuilegiatos ab homine, vt sic dicam, vel à iure. Deinde in dict. cap. Is cui, pro ratione non redditur, quia propter culpam suam est interdictus, sed solum quia celebratio diuinorum in Ecclesia ei est

Ministri Ecclesie peccat mortaliter dando sacramenta in loco interd. A violationem interdicti in ministerio diuinorum ex officio, irregularitatem incurrit. Sunt autem in verbis illis nonnulla notanda. Primum est, hæc verba interdicens, vel suspendendi non semper accipi in iure est distincta, id est, vt significancia diuersos effectus distinctarum censurarum, nam in illo textu quod in principio vocatur interdictum ab ingressu Ecclesie, in fine appellatur suspensio ab ingressu Ecclesie: & ibi dicitur celebratio diuinorum interdicta, id est, prohibita. Vnde intelligitur, quod omnis prohibitio ministrandi diuina ex officio, facta ex vialicuius censura Ecclesiastica eiusdem rationis, seu efficacie censetur in iure quoad hunc effectum incurrendi irregularitatem, si contra illam agatur: parumque referre quod suspensio, aut interdictio appelletur. Secundo aduerto illam particulam, celebrationem diuinorum, & ex ea colligo, quando dicitur in iure, irregularem fieri illum, qui celebrando violat interdictum, vt habetur in cap. Is qui, §. vero, de Sent. excomm. in 6. id non restringi ad solam celebrationem per Missæ sacrificium, sed extendi ad omnem celebrationem diuinorum ex officio factam: in qua certum est includi ministracionem sacramentorum ex officio. Noto tertio, ex illo textu colligi, hanc regulam habere locum in interdicto locali, quam personali. Nam in primis illud interdictum ab ingressu Ecclesie, quantum ad presens spectat, æquiualeat locali, quia per illud non prohibetur huic personæ celebratio diuinorum absolute, & simpliciter, sed in Ecclesia, vt in eodem textu expresse limitatur, ergo, cum per quodlibet interdictum locale indicatur diuinorum celebratio in loco interdicto, qui illud violat celebrando sacramenta in tali loco, eandem irregularitatem incurrit. Atque ita expressè dicitur de interdicto locali, & de celebratione absolute in dict. §. Is vero. Rursus interdictum illud ingrediendi Ecclesiam, directe personale est, non locale, vt ex ipis verbis constat: & tamen, quia in illo includitur, suspensio talis personæ à diuinis in Ecclesia celebrandis, per eius violationem incurritur irregularitas: ergo à fortiori, quando persona directe interdicatur, non ab vno actu, & respectu vnus loci, sed simpliciter & absolute, violando tale interdictum per ministracionem sacramentorum ex officio, prædicta irregularitas incurretur, quia suspensio à tali ministerio multo magis includitur in tali interdicto. Hoc ergo modo sufficienter mihi videtur probari ex iure hæc irregularitas. Solum posset quis contendere dictam irregularitatem coarctandam esse ad personas interdictas propter propriam culpam, seu quæ suis excessibus causam dederunt, vt generale vel speciale interdictum poneretur: quia illud interdictum ingrediendi Ecclesiam de quo est sermo in cap. Is cui, tale est, vt nõ imponatur nisi propter propriam culpam, vt infra videbimus. Respondetur, quidquid, de hoc sit, limitationem illam non esse admittendam. Primo quia in dict. §. Is vero, simpliciter est sermo de celebrante in loco interdicto, neque additur limitatio, de dante causam interdicto: imo additur exceptio, Nisi priuilegiatus existat super hoc vel à iure sit ei concessum. Quæ exceptio declarat, illa lege comprehendendi omnes, etiam si non dederint causam interdicto, tum quia vna exceptio firmat generalem regulam in omnibus aliis: tum etiam, quia manifestum est eos, qui dant causam interdicto, non posse super hoc esse priuilegiatos aut à iure habere concessionem: ergo signum est sermonem esse de omnibus celebrantibus in loco interdicto, etiam si eidem causam non dederint, & ab hac generalitate solum excipi priuilegiatos ab homine, vt sic dicam, vel à iure. Deinde in dict. cap. Is cui, pro ratione non redditur, quia propter culpam suam est interdictus, sed solum quia celebratio diuinorum in Ecclesia ei est

SECTIO III.

Quam poenam incurrat violans interdictum in materia sacramentorum.

De regulis generales statuenda sunt. Prima, Clerici violentes interdictum in sacramentorum ministerio, irregulares sunt, easque poenas, quas illi, qui violant interdictum celebrando, incurrit. Hanc regulam constituunt Doctores communiter, quam probant ex cap. 1. de Sent. & re iudic. in 6. & cap. 1. de Sent. excomm. in 6. Quæ duo capita loquuntur solum de censura suspensionis, & statunt, suspensum ab officio, qui se ingerit diuinis, fieri irregularem, vt supra declarauimus: his autem materius poenalis, vt sæpe diximus, non sumitur argumentum efficax à simili seu ab vna censura ad aliam, & præsertim in poena irregularitatis, quæ non incurritur nisi in casibus à iure expressis, vt in ipso iure cautum est. Sed dicitur, interdictum secum asserre suspensionem à diuinis formaliter, vel virtute, & hac ratione irregularitatem illam etiam extendi ad ministros Ecclesiasticos violentes interdictum, quatenus per illud suspensi sunt. Sicut de excommunicato etiam probauimus fieri irregularem ministrando, quia per excommunicationem suspensus est à diuinis: quod nõ intelligitur de propria, & distincta censura suspensionis, sed quatenus materialiter (vt sic dicam) in excommunicatione includitur: ergo, si in interdicto etiam includitur, idem erit de illo dicendum. Vt autem probetur includi, citari solet textus in c. vlt. de Excessibus prælat. Sed ex illo solum colligitur, grauiter peccasse quendam Episcopum violando quoddam interdictum, alioque ad illius violationem cogendo. Melius id probatur ex cap. Is cui, de Sent. excomm. in 6. vbi dicitur, eum, cui Ecclesie ingressus est interdictus, si in ea se ingerat, diuinis in suo officio ministrando, sicut prius, irregularem fieri. Ec ratio redditur, quia ei, cui est interdictus ingressus Ecclesie, etiam est interdicta diuinorum celebratio in ipsa Ecclesia. Ex qua ratione aperte colligitur in ea supponi per Fr. Suarez tom. 5.

SECTIO III. Quam poenam incurrat violans interdictum in materia sacramentorum. De regulis generales statuenda sunt. Prima, Clerici violentes interdictum in sacramentorum ministerio, irregulares sunt, easque poenas, quas illi, qui violant interdictum celebrando, incurrit. Hanc regulam constituunt Doctores communiter, quam probant ex cap. 1. de Sent. & re iudic. in 6. & cap. 1. de Sent. excomm. in 6. Quæ duo capita loquuntur solum de censura suspensionis, & statunt, suspensum ab officio, qui se ingerit diuinis, fieri irregularem, vt supra declarauimus: his autem materius poenalis, vt sæpe diximus, non sumitur argumentum efficax à simili seu ab vna censura ad aliam, & præsertim in poena irregularitatis, quæ non incurritur nisi in casibus à iure expressis, vt in ipso iure cautum est. Sed dicitur, interdictum secum asserre suspensionem à diuinis formaliter, vel virtute, & hac ratione irregularitatem illam etiam extendi ad ministros Ecclesiasticos violentes interdictum, quatenus per illud suspensi sunt. Sicut de excommunicato etiam probauimus fieri irregularem ministrando, quia per excommunicationem suspensus est à diuinis: quod nõ intelligitur de propria, & distincta censura suspensionis, sed quatenus materialiter (vt sic dicam) in excommunicatione includitur: ergo, si in interdicto etiam includitur, idem erit de illo dicendum. Vt autem probetur includi, citari solet textus in c. vlt. de Excessibus prælat. Sed ex illo solum colligitur, grauiter peccasse quendam Episcopum violando quoddam interdictum, alioque ad illius violationem cogendo. Melius id probatur ex cap. Is cui, de Sent. excomm. in 6. vbi dicitur, eum, cui Ecclesie ingressus est interdictus, si in ea se ingerat, diuinis in suo officio ministrando, sicut prius, irregularem fieri. Ec ratio redditur, quia ei, cui est interdictus ingressus Ecclesie, etiam est interdicta diuinorum celebratio in ipsa Ecclesia. Ex qua ratione aperte colligitur in ea supponi per Fr. Suarez tom. 5.

2
Tria maxime notanda in cap. Is cui, §. vero, de Sent. excomm. in 6.

3
Secundum: C. Is qui, §. vero, de Sent. excomm. in 6.

4
Tertium:

4
An irregularitas excipiatur auctores qui causam interdicti non dederunt.

Ab ea poena excipiuntur priuilegiati.

interdicta, & ideo simpliciter accipiendum, nec restringendum est, vt omnes Doctores intelligunt, quos ex parte refert Couarruias dict. *capit. Alma*, p. 2. §. 2. n. 2. & in sequentibus indicabimus.

Couarr.

Qua violatione interdicti contrahatur irregularitas.

Sed quæ primo, quæ violatio interdicti, vel quibus modis fieri possit, ita vt sufficiat ad hanc irregularitatem contrahendam. Respondeo, tres esse generales modos, & simplices huius violationis, & ex eis posse componi alios quasi mixtos. Primus est, si persona interdicta aliquid sacramentum conferat alteri non interdicto, nec in loco interdicto, loquor autem de ministerio ex officio, & extra casus in iure permisso: quia alias non est violatio, cum non agatur contra prohibitionem; hic autem agitur de violatione, & ideo necessarium non erit hoc iterum repetere. Vnde etiam addo, excipiendos esse casus, qui ex ipso veluti naturali iure excepti sunt, vt verbi gratia, esse potest casus necessitatis, aut propriæ, aut aliorum propriæ: si, verbi gratia, censura interdicti occulta sit, vt pote per factum occultum ipso iure, vel per sententiam generalem contracta, & aliunde adiungatur, vt ministerium sacramenti vitari non possit sine magno scandalo, aut infamia, tunc enim, sicut administratio sine culpa fit, iuxta principia supra posita de censuris in communi, ita etiam irregularis excusatur, nam de hac irregularitate generaliter verum est, non incurri sine culpa mortali, quia vt grauis pena imponitur. Eadem necessitas accidere possit ex parte aliorum, vt si Episcopus interdictus ordines conferat propter aliquam urgentem necessitatem, quæ licet raro contingat, tamen in aliqua Insula, vel loco remoto accidere potest. Vnde hunc casum necessitatis excepit Abbas in capitulo *Non est*, de Sponsalibus, numer. 8. quem sequitur Villadiego tractatu de Irregularitate, & mihi probatur eorum sententia, quamuis oppositam teneat Couarruias dict. 2. part. §. 3. numer. 4. secutus Syluestrum verb. *Interdictum*, §. quæst. 7. *quia talis exceptio (inquit) in iure non habetur.* Respondetur tamen primo ex Panormitano, haberi in simili, nam, quia confirmatio per interdictum non prohibetur, & ad confirmationem est necessarium christina, ideo declarauit ius etiam confirmationem christi interdicto non prohiberi: ergo similiter, cum interdictum non prohibeat omnia ministeria clericorum, quæ sine illis exerceri non possunt, vbi vera necessitas illorum fuerit, non erit prohibita illorum ordinatio. Secundo dicitur, non oportere omnem huiusmodi declarationem expresse & in specie factam esse in iure, nam aliquando fundari potest in naturali iure, vel ordine charitatis, aut in hoc generali principio, quod prohibitiones Ecclesiasticæ non obligant cum tanto rigore, quin propter grauem necessitatem cesset, & quasi suspendatur earum obligatio. Hæc autem prohibitio interdicti Ecclesiastica est, vt constat ex dictis de censuris in communi, & in simili de excommunicatione: hæc item necessitas, de qua agimus, est grauis, & pertinens ad commune bonum Ecclesiæ, ergo.

Excipiuntur aliqui casus.

Abbas.

Couarr. Syluest.

Occurrit obiectum.

Secundus modus quo incurritur irreg.

Secundus modus huius violationis est, si persona non interdicta alteri etiam non interdictæ sacramentum conferat in loco interdicto. Atque hi duo modi expressis continentur in prædictis iuribus, & præsertim posterior, qui cum eisdem declarationibus, & limitationibus intelligendus est, cum quibus præcedens, propter easdem rationes, quia hæc etiam transgressio debet esse peccaminosa. Est tamen aduertendum, quod licet ius nouum permittat diuina officia celebrare in loco interdicto

A certis quibusdam diebus, vel cum præscripto modo, & circumstantiis, in dict. *cap. Alma*, tamen etiam illo modo non permitti quorumcunque sacramentorum administrationem in tali loco: sed veterum quæ supra declarauimus, vel aliorum diuinatorum officiorum, de quibus in sequenti disputatione dicemus: ideoque, licet aliquis seruatis circumstantiis ibi positis, nempe ianuis clausis, &c. vel alio quouis modo occultiori, sacramentum non permittitur, vt Ordinem, vel Extremam vnctionem, &c. in tali loco ministraret, irregularitatem non fugeret, quia talis actio semper manet interdicta, etiam cum tali modo, & pena hæc propter talem actionem absolute imposta est. Addunt denique citati Doctores, non solum inferiores sacerdotes, sed etiam Episcopum incurrit hanc irregularitatem, sic violando huiusmodi interdictum, latum à iure, vel à Pontifice. Quod est certissimum, argum. capit. vltim. de Excess. Prælator. quia Episcopus est inferior, & subditus. Est hoc verum interdicto imposito à quolibet alio, etiam à se ipso, sicut supra dicebamur teneri ad vitadum excommunicatum à se legatum. Quia, posito interdicto, ex iure communi obligatur ad obseruationem eius: quanquam, cum interdictum impositum est ab ipsomet Episcopo, possit ab eodem suspendi pro aliquo tempore, vel quoad illum actum: & tunc non peccabit ordines conferendo in tali loco, vt recte notauit Calderinus in tractatu de Interdicto.

C Tertius modus huius violationis interdicti est, si minister Ecclesiasticus conferat sacramentum personæ interdictæ, etiam in loco non interdicto, & hunc modum non inuenio expressum in prædictis iuribus: nihilominus tamen aliqui sentiunt illum etiam sufficere ad hanc irregularitatem incurritur: quia causa illius irregularitatis adæquata non est hic, vel ille modus violandi interdictum, sed absolute quæcumque violatio per administrationem diuinatorum ex officio, vt ex citatis iuribus colligi videtur.

Sed nihilominus non censet illam transgressio nem sufficere ad irregularitatem contrahendam: quia in his rebus non est facienda extensio, neque argumentum à simili, & ideo non inuenio auctorem grauem, qui hoc expresse, & in particulari asseruerit. Præterea qui dat sacramentum aliquod excommunicato, non incurrit irregularitatem, vt supra suo loco diximus: ergo neque qui dat sacramentum interdicto: quia est eadem, vel maior ratio si grauitatem peccati, & censuræ spectemus: in iure vero non est magis expressa irregularitas in vno casu, quam in alio, cum tamen, si censura se teneat ex parte ministri, id est, si ipse excommunicatus, vel interdictus sit, æque incurrat irregularitatem ministrando. Et in hoc est clara differentia inter hanc censuram, quando ligat danem sacramentum, vel eum cui datur: nam in priori casu ipse minister est suspensus ab officio, & est principalis violator interdicti, & ideo merito fit irregularis. In posteriori vero casu minister ipse non est suspensus, sed solum alius est prohibitus ne recipiat.

E Dices, etiam per interdictum locale non est sacerdos suspensus à ministerio sacramentorum, sed locus ipse est prohibitus. Respondebis, etiam sacerdotem suspendi, ne ibi ministrat sacramentum, at eodem modo dici poterit suspendi per interdictum personale alterius, ne illi conferat sacramentum: neutra tamen est vera suspensio. Respondeo verum quidem hoc esse; nihilominus tamen in iure latam esse irregularitatem in eum, qui violat interdictum locale, non vero in eum qui violat personale per solam communicationem cum alio, vt sic dicam. Quod si ratio petatur, curius posuerit hanc irregularitatem in vno casu potius, quam in alio, cum non videatur minor culpa dare sacramentum personæ

personae interdicitur, quam dare in loco interdicto. Respondeo, primum hoc maxime pendere ex voluntate legislatoris; & fortasse non occurrit occasio, vel necessitas ita puniendi vnam transgressionem, sicut aliam: localia enim interdicta frequentiora sunt, & eorum violatio solet esse magis publica, & scandalosa: & ideo circa illam magis fuit illa poena necessaria. Accedit, quod qui celebrat in loco interdicto directe, & principaliter agit contra censuram Ecclesiasticam. At vero qui confert sacramentum personae interdicitur non est principalis transgressor, sed ipse qui recipit, minister vero solum delinquit quati cooperando, seu communicando cum alio: & ideo non est in eo tanta causa irregularitatis. Denique propter hanc causam videtur imposita in iure alia poena propter hunc modum violationis interdicti, magis quodammodo accommodata, scilicet interdictum ab ingressu Ecclesiae, vt fuit in cap. Episcoporum, de Priuil. in 6. vbi qui admittit personam interdictam ad sacramenta ab ingressu Ecclesiae interdicitur, donec ad arbitrium eius, cuius sententia violatur, satisfecerit competenter. Quem textum supra declarauimus agentes de excommunicatione: nam illa poena vtrique censuram communis est, quam etiam incurrunt violantes interdictum prioribus modis positis: atque etiam aliis, quos sequentibus disput. tractauimus.

Est autem aduertendum circa hunc textum, in eo esse sermonem de publice interdictis, quod nunc intelligendum est de nominatim interdictis, ac denunciatis: iuxta Extrauagant. Ad euid. & ideo non violat interdictum qui dat sacramentum personae interdictae, cuius censura specialiter & nominatim denunciata non est. Atque idem cum proportionem seruandum est in interdicto locali: quia, nisi sit publice denunciatum, non incurratur irregularitas celebrando sacramenta in loco interdicto: quia sicut non tenetur vitare personam non denunciata, ita nec locum. Quod secus est in primo modo violationis. nam quando ipsamet persona interdicta est, statim, & absque alia denuncatione tenetur seruare interdictum: quia nullus fauor ei fit: & ideo si ministrat sacramenta, eandem irregularitatem incurrat, iuxta dicta de aliis censuris, est enim eadem in praesenti ratio.

Quartus modus ex duobus primis compositus erit si persona interdicta in loco interdicto sacramentum administret, & addo etiam quod illud conferat personae interdictae: de quo nihil noui dicendum occurrit, quia ex simplicibus iudicandum de illo est. Solum potest dubitari an in eo casu duplex incurratur irregularitas: cum enim peccatum sit vnum tantum, licet sit grauius propter plures circumstantias non videtur causa plurium irregularitatum. Contrarium nihilominus sentiendum est, quia quando diuersi tituli concurrunt ad censuram incurrendam, ita vt vnusquisque illorum per se sufficiat, & ipsi sint diuersarum rationum moralium, diuersas inferunt censuras argumento capit. Officij, de Sent. excom. & Clem. 1. de Sepult. Vbi Cardinalis Zabarella num. 29. refert alios ita censet, in simili puncto de censura, quod disp. 4. tractauimus: idem ergo est de irregularitate; haec enim poena iterabilis est, sicut & censura, sed in hoc facto concurrunt duae causae diuersarum rationum, & singulae per se sufficient, ergo vnaquaeque inducit suam irregularitatem, ita vt si ad dispensationem obtinendam vnus tantum titulus explicetur, v. g. quod in loco interdicto aliquem ordinem, adhuc maneat altera irregularitas ex alio titulo contracta, scilicet, quia cum esset ipse interdictus tale sacramentum ministravit: ideoque ad plenam dispensationem obtinendam necessarium sit vtramque causam declarare argumento dict. cap. Officij.

Et confirmatur, nam si diuersis actionibus, & Fr. Suarez tom. 5.

temporibus aliquis commississet illa duo delicta, nunc ordinando in loco interdicto ipse non interdictus, postea vero ipse iam interdictus ordinando in loco non interdicto, sine dubio duplicem irregularitatem incurreret: quia est duplex causa sufficiens, & omnino diuersa, & effectus est multiplicabilis: ergo idem erit, etiam si illae duae causae simul & vnica actione materiali concurrant, quia semper manet diuersitas moralis & formalis, & leges, imponentes hanc poenam, eandem efficacitatem habent in veroque casu; & malitiae morales licet in eodem actu materiali coniungantur, diuersae manent ex circumstantiis morali specie diuersis, & vnaquaeque suam poenam integram meretur. Quod tandem ita declaratur: nam, si propter illas diuersas violationes interdicti essent impositae poenae diuersarum rationum, vt, v. g. excommunicatio propter ministracionem sacramenti in loco interdicto, irregularitas propter tale ministerium factum a persona interdicta, & c. qui vna actione vtrumque interdictum violaret excommunicatus & irregularis maneret: quia vtrique poenae dat sufficientem causam, & non est maior ratio de vna, quam de alia: ergo idem est, etiam si poenae sint eiusdem rationis: nam est eadem ratio, supposito, quod talis poena est multiplicabilis in eodem subiecto.

Atque hinc colligo, si addatur altera circumstantia, nimirum quod sacramentum detur personae interdictae praeter dictas irregularitates simul incurrere interdictum ab ingressu Ecclesiae. Imo hoc interdictum triplicatum videtur incurrere propter violationem hanc, si triplicem illum modum, seu tres circumstantias simul inuoluat: quia etiam poena interdicti multiplicabilis est, & propter vnamquamque ex illis circumstantiis per se sola est imposita, vt dixi. Non oportet autem de nomine contendere, si quis importune admiscens metaphysicam disputationem neget illa esse plura interdicta, vel irregularitates, sed vna cum diuersis respectibus, sicut multi de relationibus loquuntur: inuicilis enim est haec disputatio, dummodo id, quod ad mores spectat, constet; nimirum has poenas ita incurrere propter dictas circumstantias, vt ad dispensationem integram obtinendam non sufficiat, vnam causam sine alia explicare: & quod dispensatione habita ex vna causa adhuc maneat ex alia, & de conuerso, quod est sufficiens argumentum moralis distinctionis.

Praeter has poenas sunt aliae impositae, quae colliguntur ex dictis capitulis, Is qui, & Is cui, cum similibus, scilicet, quod ille violator interdicti sit inhabilis vt eligatur, vel postuletur, quod sit priuatus Ecclesiastica sepultura, & aliae similes. Quarum explicatio pendet ex iis quae dicturi sumus de secundo effectu interdicti, & ideo melius tractabuntur in disputatione sequenti.

Aduertenda tamen sunt nonnulla circa praedictas poenas. Primum est non solum incurrere propter administrationem sacramenti quoad substantiam, sed etiam propter publicam & solemnem ceremoniam, seu ritum alicuius sacramenti siue antecedit, siue comitetur, siue subsequi soleat sacramentum. Exemplum primi est in collatione primae tonsurae, quae vera sacramentum non est, sed praebulum quoddam ad sacramentales ordines: tamen quia est ceremonia quaedam Ecclesiastica, quae solenni ritu datur, & ex officio est annexa eius collatio ordini Episcopali, vel aliquando, & ex priuilegio sacerdotali cum dignitate Abbatis, vel similibus coniuncta: & ideo violatio interdicti per hoc ministerium sufficit ad praedictas poenas incurrendas iuxta communem sententiam. Vnde constat a fortiori, collationem cuiuscunque minoris ordinis sufficere: cum iuxta veram sententiam sacramentum sit. Idem dicendum est de consecratione Chriftatis, & benedictione olei, quae sunt praeparationes materiae ad plura sacramenta.

Zz 3

Exemta

C Episcoporum, de Priuil. in 6. Admittens personam interdictam ad sacramenta ab ingressu Ecclesiae interdicitur. 10 In vno intelligendum est de publice interdictis. 11 Quartus modus violationis interdicti, ex duobus primis compositus erit. 12 Contrarium nihilominus sentiendum est, quia quando diuersi tituli concurrunt ad censuram incurrendam, ita vt vnusquisque illorum per se sufficiat, & ipsi sint diuersarum rationum moralium, diuersas inferunt censuras argumento capit. Officij, de Sent. excom. & Clem. 1. de Sepult. Vbi Cardinalis Zabarella num. 29. refert alios ita censet, in simili puncto de censura, quod disp. 4. tractauimus: idem ergo est de irregularitate; haec enim poena iterabilis est, sicut & censura, sed in hoc facto concurrunt duae causae diuersarum rationum, & singulae per se sufficient, ergo vnaquaeque inducit suam irregularitatem, ita vt si ad dispensationem obtinendam vnus tantum titulus explicetur, v. g. quod in loco interdicto aliquem ordinem, adhuc maneat altera irregularitas ex alio titulo contracta, scilicet, quia cum esset ipse interdictus tale sacramentum ministravit: ideoque ad plenam dispensationem obtinendam necessarium sit vtramque causam declarare argumento dict. cap. Officij. 13 Et confirmatur, nam si diuersis actionibus, & Fr. Suarez tom. 5.

14 In quo casu conferens sacramentum praeter dictas irregularitates triplicatum incurrat interdictum ab ingressu Ecclesiae.

15 Ca. Is qui, Ca. Is cui.

16 Praedictas poenas ariano incurrere solemem ceremoniam alicuius sacramenti exercendo.

17 Exemplum secundi erit in caeremoniis, seu so-
lennitatibus baptismi, quæ per se comitari solent
substantiam baptismi: aliquando vero prius datur
priuatim baptismus propter necessitatem, & postea
publica solennitas expletur. Dico ergo, hoc solum
ministerium factum in casu à iure nõ permisso suf-
ficere ad easdem penas incurrendas. Quia vero ba-
ptismus solennis non est prohibitus per interdictum,
vt supra dixi: ideo non opinor violari interdictum,
etiam si baptismi solennitas sola, post baptismum
prius collatum, in loco interdicto celebretur. Si ta-
mẽ persona specialiter interdicta, vel ob propriam
culpam illud ministerium exhiberet, irregularis fie-
ret: nam illud non est iure permillum. In extrema
võ vnctione, si cõtingeret, v.g. vnũ sacerdotem
in loco interdicto celeriter propter timorẽ mortis
dare extremam Vnctionem tantum quoad substan-
tiam sacramenti alium vero sacerdotem statim pub-
lico & solenni ritu supplere caeremonias illius sacra-
menti, non solum prior, sed etiam hic posterior ir-
regularis fieret.

Exercere ba-
ptismi solen-
nitatem
comparare in-
terdicti
quando lici-
sum sit.

18 Exemplum tertij membri est in solenni benedi-
ctione nuptiarum, quæ dari solet post sacramentum
illud prius receptum, & sufficit etiam ad dictas pe-
nas incurrendas, si sacerdos contra interdictum tale
ministerium exhibeat, quatenus ex officio sacerdo-
tali ordini annexum est. Ratio omnium est, quia hæc
omnia comprehenduntur sub administratione sacra-
mentorum ex officio, vel clarius, sub celebratio-
ne diuinorum, de qua in tota hac generalitate iura
loquuntur.

19 Secundo est aduertendum aliquos extedere hæc
penas non solum ad ministrum sacramentorum,
sed etiam ad eos, qui illis cooperantur, seu subser-
uiunt in tali ministerio, vt sunt, verbi gratia, assisten-
tes Episcopo ordines conferenti in loco interdicto,
vt videre licet in Couarruua dicto §. 3. in fine. Sed
est aduertendũ huiusmodi assistentes, seu seruientes
ex vi cooperationis ad sacramentum non incurrere
hæc penas: quia, quantum ad hoc caput spectat, non
sunt impositæ seruientibus, seu cooperantibus, sed
ministrantibus sacramenta. Si tamen cõtingat coo-
perationem illam includere aliquod ministerium
factum, per se annexum alicui ordini, præsertim sa-
cro, iam ex illo capite poterunt huiusmodi penæ
incurri, vt dicetur latius explicando secundum ef-
fectum, cui magis opponitur talis interdicti vio-
latio.

Couarr.

In quo casu
subseruien-
tes mini-
stranti sa-
cramentum
incurrant
dictas pe-
nas.

10 Tertio in his penis obseruanda sunt singulæ par-
ticulæ seu voces textuum, in quibus huiusmodi pe-
næ feruntur, vt sunt in dicto capit. *Is qui, §. 1. vero,*
particula, *sciens*, & in capit. *Episcoporum*, eadem par-
ticula, *sciens*, & verb. *Presumpsimus*, & verb.
Contempsimus, & similia, quorum vis semper expen-
denda est ad intelligendum an pœna seu irregulari-
tas incurrat. Quam vim autem habeant similia
verba satis dictum est in aliis censuris præsertim de
excommunicatione: & ideo hic repetere non est
necesse. Ponderanda item sunt verba, quæ conti-
nent exceptiones, vt sunt illa dicti capit. *Is qui, d. d.*
§. 1. vero, Nisi super hoc priuilegiatus existat, vbi expen-
denda est particula, *Super hoc*. Non enim sufficiunt
communia priuilegia exemptionum: quæ religiosi
communitè habent, vt in sequentibus videbimus,
sed necesse est vt circa interdictum specialiter sit
priuilegium concessum. Item, additur exceptio, *Nisi
à iure sit concessum*, vel vt dicitur in capit. *Episcoporum*,
de priuilegiis, *Nisi quatenus eia à iure conceditur*. Deni-
que in dicto capit. *Is cui*, hoc ipsum indicatur in illa
particula, *contra interdictum*. Nam qui operatur
ex iuris concessione, non agit contra interdictum: &
eadem ratione in hac particula includitur omnis legi-
tima causa, quæ à culpa excusat: nam in consci-
entia excusat etiam à prædicta pœna, & irregulari-
tate.

C. Is qui, &
c. Episco-
porum expen-
duntur.

A Secunda regula generalis est, Propter vsum sa-
cramenti qui non requirit proprium ministerium
alicuius ordinis clericalis, nulla est pœna iure ipso
imposita, siue clericis, siue laicis. Probatio huius est,
quia nullum inuenitur ius imponens huiusmodi pe-
nam vna vel alia excep- tione addita circa particu-
læ res personas, & cum specialibus circumstantiis. De-
claratur autem hæc regula magis in particulari: quia
hic vsum duplex esse potest: vnus est actiuis, qui tan-
tum in duobus sacramentis inueniri potest absque
vfu alicuius ordinis, scilicet in matrimonio, & in ba-
ptismo sine solennitate collato. Nã in matrimonio
ipsi contrahentes sunt ministri quoad substantiam
sacramenti, de quibus dubium est an peccent contra-
hendo tẽpore interdicti; tamen, licet supponamus
peccare, nullam censuram, aut Ecclesiasticam pe-
nam ipso facto incurrunt. Imo, nec Parochus, cuius
præsentia nunc necessaria est iuxta Concilium Tri-
dentinum, aliquã pœnam, vel irregularitatem incur-
rit: quia illa præsentia non est actus alicuius ordinis,
vt in superioribus etiam terigi. Similiter baptismi
collatio & prohibita non est, & quamuis esset, ad
hanc irregularitatem non sufficeret, quãdo absque
solennitate fit: quia non est actus ordinis, quamuis
contingat fieri ab eo, qui ordinem habet: & hæc ir-
regularitas non contrahitur nisi per actum alicuius
ordinis, quem exercet is, qui talem ordinem habet
cum sit interdictus, vel in loco interdicto, vt constat
ex illis verbis, *In suo officio ministrando sicut prius*, quæ
habentur in citatis iuribus, & in simili sunt explica-
ta superius agendo de excommunicatione; & arti-
git Couarruuias in dicto capit. *Alma*, part. 2. §. 2. nu-
mero 3.

C Atque hinc etiam constat, propter vsum passi-
uum, seu receptionem sacramentorum nullam hu-
iusmodi penam incurri: quia recipere sacramentum
non est actus alicuius ordinis, etiam si a clerico fiat.
Excipitur tamen sumptio Eucharistiæ sub vtraque
specie, quæ fit à sacerdote sacrificante: illa enim est
actus ordinis, non tamen præcise quatenus assump-
tio, sed quatenus est consumptio, & quasi consum-
matio sacrificij, quæ est proprius actus ordinis, qui
tunc exercetur. Excipi etiam posset participatio illa
sacramenti Eucharistiæ sub specie vini, quæ fit à
Diacono ministrante Summo Pontifici solenniter
celebranti: nam ille modus communicationis vide-
tur esse proprius actus ordinis Diaconatus: proprie
tamen id non tam est propter suspensionem sacra-
menti, quam propter totum illud ministerium, quod
per modum vnus fit, & est proprius actus illius or-
dinis.

E Præterea fit exceptio de sacramento Ordinis,
quæ dupliciter fieri potest: primo ratione receptio-
nis talis sacramenti præcise, secundò ratione alicuius
actus concomitantis. Prior modus suaderi potest,
tum quia excommunicatus recipiens ordines fit ir-
regularis, vel saltẽ suspensus: ergo & interdictus. Con-
firmatur, quia suscipiens superiorẽ ordinem, vt iur
inferiori, siue quo alium non potest suscipere, vt su-
pra dictum est: ergo etiam hoc titulo fit irregularis.
Secundo potest incurri hæc irregularitas per actum
concomitantem ipsam ordinationem, vt est conse-
cratio in sacerdotibus, canere Epistolam, vel Euan-
gelium in Diacono, vel subdiacono, quando in ipsa
ordinatione eis committitur, quod sentit Couarr.
dict. §. 3. nu. 5. quia ille est actus ordinis. Neutro ta-
men modo videtur exceptio admittenda, quia non
est satis in iure expressa. Vnde ad priorem partem
respondeo, illam pœnam non esse ad interdictum ex-
tendendam, quia iura solum loquuntur de excom-
municatione, & hic non valet argumentum à simili,
præsertim cum excommunicatio grauior, censura sit.
Ad confirmationem respondetur, suscipere superiorẽ
rem ordinẽ non esse proprie ministrare in inferiori,
quia ministrare dicit actionem, & ita intelligenda
sunt

funtura cum proprietate in materia, præsertim pœnali. Ad alteram partem respondeo, etiam in illis casibus non incurri, propter ea quæ dixi supra tractando de suspensione de illo, qui suspensus in sua ordinatione statim in eadem actum ordinis exercet. Et quamvis sit nonnulla differentia, quia ibi suspensio contrahitur in ipso actu suspensionis ordinis; hic autem interdictum supponitur ante suspensionem ordinis. & ideo maior ratio esse videtur contrahendi irregularitatem: Nihilominus in hoc videtur esse eadem ratio, quod illa moraliter non censetur ministratio in ordine suscepto, sed tantum indebita ordinis susceptio, nam aliud est tanquam accessorium, quod non reputatur actio distincta, neque magis puniuntur, quam ipsum principale quod comitatur. Præsertim, quia etiam iura, quæ loquuntur de persona interdicta exercente officium ordinis, illis verbis loquuntur, quæ indicant ministerium illud debere esse moraliter distinctum ab ipsa ordinatione, ut patet ex illis verbis, In suo officio ministrando sicut prius, & similibus. Propter quæ censeo hanc partem esse probabilem, de qua iterum redibit sermo in disputatione sequenti.

Præter has exceptiones, quæ ex parte sacramentorum norantur, ex parte personarum fieri solent alie: nam religiosi, & moniales, qui generale interdictum non seruant, excommunicantur ipso iure in Clementina 1. de Sententia excommunicationis, & in Clementina tertia specialiter excommunicantur fratres Minores, qui personas sui 3. ordinis tempore interdicti admittunt ad diuina, & in Clementina secunda eodem titulo excommunicantur domini temporales, qui in terris suis cogunt aliquem ad diuina faciendâ tempore interdicti. Hæc enim pœna cum proportione applicanda est ad sacramentorum vsu: nã ille etiam, ut diximus, sub celebratione diuinorum comprehenditur; tamen, quia illa pœna generalior est, in sequenti disputatione exactius declarabitur.

DISPUTATIO XXXIV.

De secundo effectu interdicti, qui est diuinorum officiorum prohibitio.

E hoc effectu disputare non oportet, an sit, sed supponere, esse per se, & maxime proprium effectum interdicti, ut constat ex definitione interdicti, supra tradita: & ex omnibus iuribus, quæ de interdicto loquuntur, ut capit. Sicutus capit. Si sententia, & capit. Alma, de Sententia excommunicationis in 6. capit. Episcoporum, de priuilegiis, in 6. capit. Non est uobis, de Sponsalib. Clementina prima, de sententia excommunicationis. Est autem hic effectus communis omnibus interdictis cum proportione, nã, si sit generale loci, non solum in templis, vel oratorijs, sed etiam in domibus, uis, & vicinis agris, ac denique in tota illa terra, quæ generaliter interdicatur, habet hunc effectum respectu omnium hominum cuiuscumque loci, vel Diocesis, ut ex eisdem iuribus constat, & ex capit. Licet, & capit. ultimo de Priuilegiis, in 6. cum similibus. Si vero interdictum loci sit speciale, in illo definito loco habet cum proportione eun-

dem effectum, Denique, si personale sit, generale, & speciale, in persona, vel personis idem cum proportione operatur respectu locorum omnium ex eisdem iuribus cum aliis, quæ de his interdictis in disputatione prima tractauimus. Hoc ergo supposito, tria præcipue, vel quatuor declaranda supersunt. Primum, quæ diuina officia, præter sacramenta, & quis eorum vsus interdicto prohibeantur. Secundo, quale peccatum sit uolatio interdicti quoad hanc partem. Tertio, quæ pœna sit ob eam rem ipso iure imposita.

SECTIO I.

An, & quomodo Missæ sacrificium per interdictum generale loci prohibeatur.



nter diuina officia primum, ac præcipuum locum tenet sacrificium Missæ: unde certum est vsu huius sacrificij maxime interdicti per hanc censuram, ut constat ex citatis iuribus: ex quibus etiam intelligitur prohibitionem hanc non simpliciter, sed cum moderazione sumendam esse, scilicet ne consuetudo more, & libertate fiat, sed modo à iure præscripto. Quod in singulis interdictis diuerso modo, & ratione verum est: & ideo sigillatim explicandum.

Per interdictum ergo generale loci nunquam videtur fuisse omnino prohibitum Missæ sacrificium: quia cum uaticum nunquam sit morientibus denegandum, semper oportet Eucharistiæ sacramentum saltem pro infirmis in Ecclesia conseruari. Ex quo fit consequens, ut semper etiam potuerit congruenti tempore renouari: nam hæc ueluti intrinseca, & necessaria connexion sese consequuntur, & primum pertinet ad animarum salutem, & obseruationem diuini præcepti: secundum autem ad debitam sacramenti reuerentiam spectat. Et ideo neutrum debuit, uel etiam potuit per interdictum simpliciter prohiberi. Cum ergo Eucharistiæ sacramentum non nisi in sacrificio Missæ renouari possit, quia in solo illo confici potest, fit consequens, ut nec sacrificium Missæ fuerit omnino prohibitum, sed permissum saltem quantum ad hunc finem necessarium erat. Quia uero, seclusa dispositione iuris postriui, hoc arbitrium erat pro ratione necessitatis, ideo, ut melior ordo seruaretur, statutum postea fuit in c. Permissimus, de Sententia excommunicationis: ut semel in hebdomada posset Missæ sacrificium dici tempore interdicti in singulis Ecclesijs causa conficiendi Corpus Domini, quod decedentibus in penitentia non negatur, cum circumstantijs, & conditionibus statim explicandis.

Postea uero propter magnam incommoda, quæ ex carentia tanti sacrificij sequebantur, hunc rigorem interdicti Ecclesia temperauit, & permisit, ut singulis diebus in Ecclesijs, & monasterijs Missæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia sicut prius: submissa tamen uoce, ianuis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Quæ sunt uerba capit. Alma, de Sententia excommunicationis in 6. & quoad dictas circumstantias eadem habebantur in dicto capit. Permissimus. Et breuiter sunt sigillatim explicanda.

Et in primis dubitari potest, quid nomine Ecclesiarum hoc loco intelligendum sit: nam ex quo sub-

Sacrificium Missæ tempore interdicti nunquam fuit omnino prohibitum.

C. Permissimus de sent. excomm.

Iure antiquo quid concessum. Quid uero nouo. C. Alma mater de sent. excomm.